



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Th. N: 603.
Kl. 21627
Jovianus Pontanus.

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
HAUNIENSIS

AFR 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Danmarks Natur-og Lægevidenskabelige Bibliotek
20001098

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

T

GEN

IN

LI

Iis qui diff

De ortu

IOANN

Ly

Ex off

Apud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

TRACTATUS
DE
GENERATIONE IN COMMUNI,
LIBRIS DUOBUS COMPREHENSUS,

Iis qui difficultatem librorum Ariſtotelis De ortu & interitu capere non poſſunt, apprimé utilis,

A

IOANNE HELLESPONTIO.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officina Plantiniana,
Apud Franciſcum Raphelengium.
cIↃ. IↃ. XCIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
HAUNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, CHRISTIANO, *eius nominis* IV. *Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum & Gothorum Regi, Duci Sleſvicenſi, Holſatiæ, Stormariæ, & Dietmarſiæ, Comiti in Oldenburg, & Delmenhorſt, Regi ſuo clementiſſimo.*

NATURAE contemplatio, Rex ſereniſſime, pręterquam quód carnis, mundiq́ue illecebris ferocientes animos, juſti boniq́ue repagulis cohibeat, indiſcretisq́ue voluntatibus rabiei ægritudinem, ut amuletum compeſcat: theatrum ampliſſimũ eſt, magnæ D. O. M. erga humanum genus, beneficentiæ, ſchola ad eos continendos, qui iſta beneficia memori

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

mori mente agnoſcunt, in vera humilitate: rurſumque incitandos, ut cúm hæc aſpiciunt, ſolum Deum conditorem venerentur, reliqua, tanquam vilia, & fluxa ventorum, & concitationum bona, comtemnant. Quo ſcopo, mens rudior, & magis tenera, in iis quæ alta Dei ſecreta continent, ad majorem, & diligentiorem eorum ſuo tempore conſiderationem, ſeſe in his præparat. Offendit enim in naturalibus, unicujuſque rei ſtatum, & conditionem, originem, authorem, conſervationem, & durationem: tanquam certam viam, & methodum creationis, & conſervationis. Poſtea cúm ad doctrinam de Deo, maturiori judicio pervenit, perfectius ab his inferioribus, ad ſuperiorem omnium cauſſam mentis oculos dirigit: in unoquoque inveſtigãs finem Deum, quem Natura vocat, primum rerum motorem. Quod bené animadvertiſſe Deus videtur, qui ultra ea, quæ habemus, quæ

in noſtris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

in noſtris viribus, quæ circa nos, (id eſt quæ naturalia) nihil humanæ imbecillitati impoſuit. Ab his, & horum aſpectu, diſcretoque intuitu, quaſi prima via, ad ſe nos vocaturus. Rudimentum itaque quoddam vocare poſſumus doctrinam Naturæ tendenti ad Theologiam, & tanquam ὅτι, de iis, quæ in ſe requirit, quibus διότι præſcribit ſacra pagina. Nam veteres Phyſici, gentiliſmo corrupti noverunt & hanc machinam, ſtructura ſua, perfectiſſimum repræſentare artificem, & & μικρόκοσμον hominem, ejuſdem imaginem, ea ſolúm facere oportere, quæ conditoris placitum reſpiciunt. Cumque evenit rurſum aliquid humanitus fieri, id non ignaro omnium authore, nec eodem, non ea præſcribente: ignari interea hæc fieri, ut Deum verum fautorem humani generis cognoſcāt, & cúm cognoſcunt, quærant humiliter abjectis illis, quæ eum ab iis avertunt. Sed Chriſtiani, iſta circa Natu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ram cúm vident, Dei liberalitati, in iis ſuſtentandis, & clementiæ, in defendendis, ab adverſis, quæ Naturæ curſus ſecum ferret, acceptũ tribuunt: quidquid contigit, aſcribentes ei, tanquam culmini cauſſarum, qui clavum tenet, in horum inferiorum regimine. Ubi præter inſtitutum aliquid accidit, hoc Deum prævertiſſe, ob ſingulare ipſorum bonum. Hæcque videtur fuiſſe cauſſa, cur pręcipui Patrum, non deſtiterint eam navare Phyſicæ operam, quæ à ſeriis rerum divinarum contemplationibus, paululum vacaret. Hoc probant, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, aliique Patres ſancti, plurimis de Natura Elogiis: quæ tantúm iſtam doctrinam poſſunt efferre, ut ſatis habeat in iis ſtudioſus Theologiæ rationis, iſtam præcipué Philoſophię partem, cum Theologiæ ſtudio, ac cura conjungere. Et profectó ſi viderimus noſtro ſeculo, confuſas multorum de variis magnis rebus, opinio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

opiniones, unde eæ originem traxerunt: unuſquiſque cognoſcet magna Phyſicæ ignorantia, pleraque ab errorum illorum partibus prodiiſſe.

Quæ cúm ego, & ex eorundem reſtauratorũ monimentis percepiſſem, & ex aliorum quorum judicium de his rebus magnum eſt ſermonib. non paucis collegiſſem: ſtudui ab eo tempore, quo altiori philoſophiæ percipiendæ ætas idonea fuit, philoſophiæ curam, cum ſacræ Theologiæ ſtudio conjungere: & ut ingenué fatear, ne priori huic, alterius tanquam anteambuloni, vel negligentia, vel ſecuritate deeſſem: nec peperci meo labori in iis audiendis, qui de ejus perfectiori doctrina, meliorem notam ferrent, nec voluntati in iis conquirendis, (licet aliâs ſumptuoſis) quæ eó ſpectabant, ut mentem, & plenum intellectum illius, qui Philoſophiæ hujus princeps eſſe putatur, mihi redderent familiarem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Ariſtotelem intelligo, cujus maximas
ingenii vires, ſingulare acumen, & ſi-
ne exemplo multiplices labores, teſta-
bũtur monimenta ad finem omnium
ſeculorum : in rebus humanis feré
omnibus, ſine pari magna : in elegan-
tia, proceſſu & ordine, cum admira-
tione juſta, & compoſita : multitudi-
ne & circumſpecta gravitate, penè ſo-
la. Quod enim certé, de obſcurita-
te, longitudine tractationum, confu-
ſione methodi, quidam obiiciunt (li-
cet hîc defendere non decreui) tamen
diligenti, & fideliter attendenti, cre-
do ſatis facilia, præ multitudine, quas
tractant, planè brevia : ob rerum ab-
ditarum quas intermiſcēt vulgaribus,
& tritis, aliquatenus hiulca videntur:
inquirenti tamen, & diligenter per-
pendenti, ordinatiſſima, ut teſtatur
eorum quos vocāt Ariſtotelicos, ſum-
ma promptitudo, res alias quaſcunq.
difficillimas, efficiendi facillimas : in
magnarum rerum, & multarum co-
gnitione,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

gnitione, non vulgaris eminentia: in diſpoſitione, & in rerum ordinatione, propé divina facilitas! ut videre eſt, & in veterum monimentis, & eorum ſcriptis, qui hodie omnium in ſeſe oculos convertunt.

Ad præſens veró inſtitutum, Rex sereniſſime, commotus difficultate, librorum Ariſtotelis de generatione, & variorum interpretum inſignibus hallucinis; cœpi ante paucos dies, quæ huc pertinere videbantur colligere: in quibus maximé videretur Ariſtoteles difficilis, & verbis commodioribus, res explicatius enarrans declarare: hæcq. ut magis potuiſſent mihi inſervire, in methodum quandam redegi, quæ Ariſtotelicorũ formæ diſponendi congruit. Quam quidem collectionem, quia aliorum qui hanc difficultatem in iſtis libris legendis percipiebant, levandis laboribus aliquid habere putavi, paſſus ſum aliis, qui idem mecum propoſitum habent, publicé

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

eſſe communem. Idque maximé ſub tuæ ſerenitatis patrocinio. quód hoc genus ſtudii, nunquam careat æmulis, qui hic aliquid carpant, & traducant. Quos ſi ſtudium veritatis minus continet, ſaltem tanto patrono, ipſi deterreantur, aut cogantur, anté pervolvere, quám quæ hîc dicuntur reſpuant.

Juvenibus certé, hæc opera tota grata erit, qui Ariſtotelis illos libros, de ortu, & interitu, ob difficultatem percipere non poſſunt, & iſtorũ commodum, cúm maximé hic propoſuerim, ne deſit, quo promoveantur, & quæ ad difficillima textus pertinent adjeci, & quæ controvertuntur ab interpretibus, carptim appoſui; ſi quid aliud huc pertinebit, brevi poſt (Deo dante) concinnaturus.

Quare ut in cœpto ſtudio, ſecundum inſtitutum progrediar, his initiis, opus fuit veſtræ ſerenitatis patrocinio uti. Ita forté non deerit, quin

ad vo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ad voluntatem, qua in his memet, & alios exercere cõtendam, per veſtram Regiam Majeſtatem ſuppeditetur, ut facultas non deſit mihi, quin in hoc ſtudii genere excellenti, & illuſtri, poſtmodum pergam. Deus optimus maximus veſtram Regiam Ma. quám diutiſſimé, ſalvam, & incolumem conſervet, ad nominis ſui gloriam, & Eccleſiæ ac Reipublicæ incrementum & tranquillitatem.

R. M. V.

Subjectiſſimus

Ioannes Helleſpontius Danus.

In manus Domini ſortes meæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

INDEX CAPITUM UTRIUSQUE LIBRI.

LIBRI I. CAPITA.

CAP. I.
Quo oſtenditur quo modo differat generatio à creatione, item libri inſtitutum ſeu ſcopus.

CAP. II.
Quem generatio motum habeat, quid ſit & quotuplex.

CAP. III.
Modus inveniendi ſimplicem generationem, & quid ſit item ea per quæ fit.

CAP. IV.
Rationes probantes ſimplicem generationem.

CAP. V.
Quomodo materia prima ſe habeat in ſimplici generatione, & an ſine forma inveniri poßit.

CAP. VI.
De qualitatibus quid ſint, & quot ſint, & quæ officia habeant.

CAP. VII.
De actione & paßione.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

CAP. VIII.
De tactu.

CAP. IX.
Simplicem generationem non eſſe aliorum quám elementorum, verus item elementorum nůmerus.

CAP. X.
Quid concreta, generatio, & modus eam inveniendi. item ea per quæ fit.

CAP. XI.
Corpora perfecté mixta ex omnium elementorum concurſu generari.

CAP. XII.
Qualis concreta ſit generatio, cúm elementum ex elemento gignitur.

CAP. XIII.
De mixtione quo modo ſit in concreta generatione.

LIBRI II. CAPITA.

CAP. I.
Differre quæstionem de generatione, quoad materiam, & quoad formam.

CAP. II.
De modo generationis in genere.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

CAP. III.

An generatio producat ens ex non ente, an non?

CAP. IV.

An generatio unius ſit corruptio alterius.

CAP. V.

Quanquam unius generatio ſit alterius corruptio; formam tamen quandam in genito ſervari, quæ fuit in corrupto, aliqua item accidentia.

CAP. VI.

Quód ſint formæ elementorum primæ qualitates, & contrariarum rationum ſolutio.

CAP. VII.

Gravitatem, levitatem non eſſe formas ſubſtantiales elementorum.

CAP. VIII.

Quomodo ſingulis elementis, ambæ qualitates accommodatæ ſunt.

CAP. IX.

Quæ ſit vera forma miſti perfecti, & quód non ſit calidum innatum.

CAP. X.

Differre generationem miſti á miſtione.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Cap. XI.

Non manere elementa in miſto actu, ſed virtute, & quód non ſit generatio ſecretione aut accretione.

Cap. XII.

Num formæ elementorum remaneant in miſto actu. & num eodem modo qualitates eædem in elementis remaneant, & in mixtis.

Cap. XIII.

Quæ ſit cauſſa perpetuæ generationis rerum.

DE GE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

DE GENERATIONE IN COMMUNI

LIBER I.

CAP. I.

Quo oſtenditur quomodo differat generatio à Creatione, item libri inſtitutum, ſeu ſcopus.

QVOTIES hanc univerſi fabricam, & ſingulas in eodem operas conſpicimus, non minus argutum, hæc tam concinnè excogitando, & diſponendo artificem, quám ordinatè continuando patrem, alumnumq́ue providum ſeſe Natura nobis comprobat. Ut enim jam ſeries naturalium ſibi perpetuó ſimilis eſt, conformi rerum creatarum productione: ita alienum nihil in his, quæ quotidie agit, uſurpat: quin quo, in prima conſtitutione modo, res produxit, ac ſi eadé de novo inchoaret, nunc etiam in ſpecie ſufficiat. Ideoq́ue creare ipſa in dies dicitur: ſed ea per quæ individua continuantur, procreare, & producere. Quaſi præfinito aliquo fundamento, procreatores, ſimile in ſua ſpecie ſibi effingant, Natura veró, abſque formationis idea ſeu protypo, Creationem exorſa ſit. Hinc evenit, ut apto

Quomodo ſit generatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Quæ differentia inter generationẽ & creationem.

nomine, procreationi rerum, generationis vocabulum attribuamus: creationi autem primæ, non adeó ſignificanter. Huic enim unde educta eſſet, nihil præfuit, ſed ſingulari quodam agendi modo, Natura eam peregit, & ex nihilo, res formavit: illa autem, præfinitum habuit, & ex præfinito, ſerie quadam continua, actiones exercuit. Qua de cauſſa, veteres voluerunt, eam non cœpiſſe, cúm ſine præſuppoſito, & agente, in eodem genere, generatio nullo modo, fieri poſſit.

Excuſatio Ariſtotelis.

Quod & Ariſtotelis ſententiæ congruit, qui generationem non cœpiſſe affirmat, cúm generatio præſupponat ſimilem generationem.

Lib. 2. de partibus animalium Cap. 1.

Nam omne, quod gignitur, ex aliquo, & ad aliquid, ſuam generationem deducit, & á principio, ad principium pergit: ut homo, hominem gignit; ſtirps, ſtirpem.

Lib. 10. de Gen. animalium Cap. 1.

Ab hocq́ue generante producta, genus habere dicũtur, niſi diſſimile procreetur, quod genus exorbitet, ſuæq́ue ſpeciei ſit monſtrum.

Significata generationis.

Itaque hæc duo, generationis ſignificata eſſe poſſunt: Unum, quo refert creationem, quæ impropriè talis eſt: alterum, quo procreationem, quæ explicatius generationẽ recipit, Naturæ alterum: alterum generantium. Utrumque tamen, ſimiliter conſpirat, ad opus unius formæ, producitq́ue effectus, quorum modus tantum diverſus eſt, rebus manentibus iiſdem.

Varia nomina generationis.

Qua conſideratione, dum generant animantia, procreaſ-

ſe dicun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ſe dicuntur, enixa eſſe, defœtaſſe, depoſuiſſe, nominibus variis idem repræſentantibus. Ideoque generatio, quæ generante præſuppoſito fit, differt denominationibus, in variis generatis. Nam generare, recepto vocabulo dicuntur, mas & fœmina, ob quam cauſſam, iſta, animantium erit vulgariter. Inaminata autē, generare propriè non dicuntur: ut pote quorum actio, mare, fœminaque, non determinatè abſolvitur. Hinc variè, eorum generatio nominatur: quæ enim terra enaſcuntur, illorum generatio, excretio vocatur: quæ aqua, effluxio: quæ aëre, ſpiratio: quæ igni, incenſio: Cœlo autem, & aſtris, quia ſine mutatione, & formæ ſibi perpetuó conſtantis ſunt, verè generatio attribui non poteſt. Quia tamen, quædā apparentiæ ſunt, redeuntque, & commutantur: ideo hîc, ortum dicamus, & aſcenſionem, apparitionem, receſſum. Iamque uſus, latiores hujus vocabuli limites, effecit: generare enim nunc dicuntur, quæcunque mutantur, quæ alterantur, aut quovis modo innovantur. Quæ quidem omnia, ad duo genera, reduci poſſunt, ſubſtantias, nempe & accidentia: omne enim, quod eſt, aut eſt ſubſtantia, aut accidens. Cúm autem, ſubſtantiæ generantur, ſubſtantialis generatio, nominatur: cúm accidentia, accidentalis. Hæc tamen minus propriè talis eſt: altera, verius generatio dicitur. Nam propriè quiddam, quod non fuit

Ariſtoteles lib. 1. de gen. animalium Cap. 2.

1. lib. de calo.

Generationis vocabulum latè accipitur.

Duplex generatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

prius, iſtic producitur: eſtque ſimplex, & concreta: quæ hujus potiſſimum inſtituti, ut poſtea videbitur. De his omnibus, quia longum eſſet, & perplexum, uno tractatu agere: quod meliori compendio fieri poteſt, ſervato generabili phyſico, in communi procedemus, non traducta, ad aliquam particularem generationem, tractatione, ſed his potiſſimum limitibus, ut ea per quæ, hæc generatio phyſica fit, declarentur: Et modus generationis, ſeu (ut explicatius dicatur) ut media, ad generationem explicentur, & horum mediorum, per formam aliqua conjunctio: quæ erunt duæ hujus tractatus partes. Ad quas, poſtquam monuerimus unde generatio ſit, quid ſit, & quotuplex, tranſibimus.

Partes hujus tractatus

CAP. II.

Quem generatio motum habeat, quid ſit & quotuplex.

Forma præcipua cauſſa mutationis.

Formæ rei dignitas.

FORMA, rerum mutationis præcipua cauſſa eſſe putatur. Quouſque enim res creatæ, impoſitum á Natura dignitatis ſcopum, non attigerunt, mutuatis ſubjectæ formis, primas potentias adhuc retinent, veras earundem conciliatrices: quarum poſtea opera, ſuæ perfectioni intentæ, ad id, cujus cauſſa conſtitutæ ſunt, contendunt: tumque demum, talia eſſe dicuntur, poſt motionem ad formam, cujus ordina-

tionem á Natura habuerunt. Sed hæc potentia tantum eſt, cúm certa ſpecies determinatur. Præter hanc, alia eſt, quæ á materia pendet, ipſi tanquam inhærenter infixa: cujus beneficio, materiæ inexplebilis nuditas, formarum ſine fine, ſine diſcrimine, & conditione perpetuo capax eſt. Hæc licet prima ſit, Naturâ, cum altera tamen, ſemper conjuncta eſt. Ita utraque motus, & mutationes cauſſat: ut omnes ſpecies mutationum ad iſta referri poſſint. Quare pendet á potentia, tum quod in toto nova ſubſtãtia acquiratur, á priori diverſa, cúm quod in parte, nova ſubſtantia adjiciatur, ſed á priori, non omnino alia: adde etiam, quod ſubſtantia totius manente, tamen ne eadem (quæ prior) exiſtat, paululum diverſificatur: & quód aliquando ſubſtantia, ut conſervetur, commoditatem alterius loci deſideret. Prima vero motio, generationis nomen obtinet. Secunda, augmenti. Tertia, alterationis. Quarta, loci mutationis. Hi autem motus, ita inter ſe differunt: quod primus, formá innovet; reliqui, formam impoſitam leviter afficiant, dependentque ab altero, tanquam qua non exiſtente, nec ipſi futuri eſſent. Nam augmentum, partis hactenus formatæ reformatio quaſi quædam eſt. Alteratio, non novam affert, ſed antiquam deformat: ut calefactio, aquæ formam non immutat, ſed quæ prius frigida fuit, efficit calidam, quæ nihilominus,

Duplex potentia.

Potentia cũ materia prima.

Quonam referantur omnes Species motus.

Diviſio motuum.

Species motus.
I.
II.
III.
IIII.

Differentia motuum ab effectis.

Augmentatio quid.

Alteratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Loci mutationis officiũ.

hilominus, poſtea frigus recuperare poteſt. Loci mutatio, dum transfertur ad propriũ continens contentũ, nihil de contento admittit, ſed ipſum ducendo eó, quo naturalius eſſe poteſt, quám prius extitit, quadamtenus performat. In proprio enim loco, quidlibet perfectius eſt, quám in alieno: & duæ hæ ultimæ naturaliter conſideratæ, ad conſervationem formæ: duæ primæ, ad novam acquirendam. Hæc diſcrimina erant,

Secunda differentia á cauſſis.

quoad effectus uniuscuiuſque: videamus etiam, quoad ea, quæ unumquemque conſtituunt. Generationem ab alteratione, imprimis ſepa-
1. rat, motus præcipua cauſſa, nempe potentia: nam generatio eſt, entis in plura, potentia,

Ariſtoteles 1. Phy. Cap. 7.

quale eſt materia prima: alteratio, eſt entis actu, ut aquæ calefactio, eſt aquæ prius exiſtentis, ſed non calidæ; é contra, frigefactio.

Secunda differentia inter generationem & alterationem á modo.

Separat & utriuſq. diſcrepans modus: nam generatio, cúm ſit materiæ primæ, facit ens ſimpliciter. alteratio, cúm ſit compoſiti, ex materia & forma, non efficit ens ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Tertio diſtinguit ea, actio in iis:

Tertia differentia ab actione.

nam generatio omnis, procedit, mediante alteratione, ut ſi ex aqua, generandus ſit aër, vel terra, neceſſe eſt, præexiſtente alteratione, removeantur humiditas, & frigiditas, & introducantur ſiccitas, magis conformis terræ, & calidi-

NB. vocabulum ſemper adiici, quia

tas, conſimilior aëri. Alteratio autem, præexiſtenté non ſemper requirit aliam alterationem.

Denique

Denique omnis generatio, ad corruptionē eſt: nam generatio unius, eſt corruptio alterius. Ab augmento, pariter diſtinguitur potentiâ: nam generatio eſt, entis potentia exiſtentis: augmentatio, eandem ſervat ſubſtantiam, licet novæ quantitatis acceſſu, forma parum permutetur. Inſuper in hac, motus eſt ad quantitatē, qua acquiſita, res quieſcit: in illa, motus eſt ad formam ſubſtantialem, quæ rei perfectio eſt. A loci veró mutatione ita diſiungitur, ut diſcrepet, omnib. circumſtantiis, ab eadem: proinde differentias recenſere, non erit opus. Ex dictis diſtinctior eſt generationis natura, ut ſi definiatur, facilé intelligi poſſit: quamobrem definiemus. Generatio eſt mutatio, qua res mutatur, á non eſſe, ad eſſe. Ubi requiritur, & id, á quo res fit, quod eſt quidpiam, á re ipſa diverſum, cúm nihil ſeipſum generet: Et id, de quo generatur: nihil enim naturaliter fit, ex nihilo, ſed neceſſe eſt, ſubjici ſubjectum, ſive materiam, circa quam, generatio verſetur. Deniq. aliquid quod generetur, quod generationis terminus eſt. Ab eo, á quo res fit, generationis initium eſt: id veró, de quo generatio eſt, mutationem recipit, tánquam prioris formæ pertæſum: id quod generari dicitur, forma priori abjecta, & alia, ejus vice ſuſcepta, tanquam ſubjectum, ſenſu á priori diverſum, putatur: veluti generationis terminus: nam cúm res generatur, producitur ab aliquo,

alterationē, quæ fit ſecūdum qualitates ſecūdas præcedit alteratio ſemper ſecundū primas, ut dictum eſt lib. 1. Phyſi.

Differentia generationis ab augmento, ſecundum potentiam.

Secunda differentia.

Differt generatio á loci mutatione.

Definitio generationis.

Generationis requiſita tria.

Metaphyſ. lib 7. cap. 6.

Lib. 1. Phy. Cap. 8.

Explicatio definitionis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Progreſſus qualis in generatione. novum quoddam ens, quod actu tale prius non fuit. Ideoque in generatione, progreſſus eſt, á non ente ad eſſe. *Corruptio contraria generationi.* Cujus cõtrarium obtinet corruptio, quæ eſt ab eſſe ad nõ eſſe: quia veró poſt augmentum, idem manet, quod prius, adjecta particula (res mutatur) diſtinguitur definitum, ab augmentatione, alteratione & loci mutatione: de quibus, quomodo differant, ſatis multis, quantum ad hoc inſtitutũ attinet, ſupradictum eſt, & pluribus pauló poſt tractabitur. *Diviſio generationis.* Hacque definitione, continetur utraque generatio, tam ea, quæ naturæ prima exprimit, in producendo tirocinia, (quæ ſimplex aliás vocatur ſeu ſimplicium) *Generatio ſimplex.* quám ea, quæ ſervato productionis ſucceſſu, ſpeciẽ perpetuat, quæ concretæ, ſeu compoſitæ nomen obtinet. *Generatio concreta.* Nam utrobique mutatio quædam, cúm terminorum, in utrisq. diverſitas ſit, quæ mutationis præcipua indicia ſunt. Et tam in illa, quám hac, formæ acquiſitio eſt, quali prius ſubjectum non imbuebatur: ut cujus receptu, poſſit res vocari certum ens, reſpectu prioris ſtatus, in quo erat, tanquá non ens. *Differentia.* Sed inter hæc, hoc intereſt; quod non ens ſimplicis, meré privativum fuit, ob materiam primam, ſubjectum in ea: concretæ veró poſitivum, quia præfuit aliqua forma, in ea, diverſa ab ea, quam generationis actione ſuſcepit. Iam inquiramus ea in utraque, per quæ ſit generatio, ſumpto initio, á ſimplici.

CAP.

CAP. III.

Modus inveniendæ ſimplicis generationis, & quid ſit, item ea per quæ fit.

PRÆMONITIS his, de generatione in genere: ut quo pacto ipſa fiat intelligatur, ſpecialiter de ea agendum eſt, ſumpto exordio à ſimplici, quæ Naturæ ordine prima eſt, & cujus notitia, magnum ad concretam affert intellectum. Ea autem quatenus ſit, perdifficile eſt cognoſcere, ob materiam primã, circa quam fit, cúm ea, ob incertitudinem formæ, (quæ ſignum eſt, & nota cognitionis) ſit indiſtincta, 1.
& multivaga: accedit & ejus modus, ſenſui planè incognitus, qui ex præſuppoſita materia, res fieri exiſtimat, ut res omnes, ex rebus aliis, ſui generis generentur, ex nihilo veró nihil. Sed in ſimplici generatione, & ex non ente, entia componuntur, & transfertur ſubſtantia, ex non ſubſtantia: Præterea, fateri oportet, ad nudam materiam, acceſſionem novæ formæ eſſe, cujus exemplum vix in generationibus directè inuenitur. Attentus tamen animus, & in rebus naturalibus, ordinatus progreſſus, eam non difficulter cognoſcat, dum res has compoſitas conſiderat, quæ exiſtunt ſuperiorum vi, & efficacia, tanquam de ſubito exortæ, quæ rurſum, ad eorundem vices deciduæ, evaneſcunt. vt ſunt roſæ, flores, gramina, folia: quorum 2.

Simplex generatio prima ordine Naturæ.

Difficultates cognitionis ſimplicis generationis.

Modus inveniendæ ſimplicis generationis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

materia, magis informis, & ſimplicior apparet,
quám reliquorum. Horum enim unoquoque,
veré poſſumus dicere, nunc eſſe actu, quod
prius non fuerunt: pauloq́ue poſt, non eſſe actu
quod prius fuerunt: quorum hoc poſterius,
repræſentat actum ſimplicis generationis, illud
prius, aptitudinem, & potentiam materiæ pri-
mæ, ad formam á qua actum habet. Sed hæc
cognitio analogica eſt, & ex reſpectu, ſimplici
Alius modus inveniendi generationē ſimplicem. generationi attributa. Eſt & alius modus, eam
inveniendi, ab ipſa petitus. Ut cúm invento
ſimpliciſſimo, quod in generatione concreta
exiſtit, quod extremum ejuſdem eſt, cujus
commixtione, cum aliis, totius virtus exoritur:
dandum erit illud, vel compoſitum ex ſui ſimi-
libus, vel ex nullo, ſed ipſum omnium aliorum
Arg. 1. eſſe principium. Si ex ſui ſimilibus: tum non
ſimpliciſſimum erit, ſed per alia ſui ſimilia, in
quæ reſolvi poteſt concretum, extra quæ ſim-
2. plicius adhuc inquiri poteſt: Quod ſi ex nullo
conſtat, & ipſum aliorum omnium principium
eſt, & ex eo, inſtanti, & de ſubito, fiet generatio:
vel ſucceſſivé, & antecedentibus alterationibus.
3. Si ex inſtáti, ſine actione, paſſione, & motu, quæ
tempus idoneum requirunt, dabitur generatio,
4. quod repugnat Phyſicæ. Si ſucceſſivè, vel habe-
In 2. Cap. de Communi generatione contra Zabarellam. bit omnes ſubſtantiales formas actu, & eodem
tempore: vel ſucceſſione earum, actus diviſus
erit. Plures actu, eodem tempore, ſubſtantiales
formas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

formas, ſubjectum habere non poteſt, cùm plures formæ, plura entia conſtituant. Itaque ſimpliciſſimum illud, formas habebit ſucceſsivé, & per ordinem, unam poſt aliam. Poſt primam, ulterius progredi non licet. Quare prima omnium cum ſimpliciſsimo, generationem ſimplicis deſignat. Nam ad primam materiam, adveniens forma ſubſtantialis, eam efficit: unde definitur mutatio, à non eſſe ſimpliciter, ad eſſe ſimpliciter: id eſt, á non actu, in actum cujuſdam, quod prius non erat tranſmutatio. Eſt enim ſimplex quod generatur, actu aliquid, cujus tantum potentia in materia prima, prius exiſtebat. Quoniam autem materia prima, forma nunquam caret, fit, ut una recedente, altera introducatur; quæ quidem inter ſe non diſſentiunt, ut quæ ſeſe mutuó expellunt, ob oppoſitas in utroque naturas; ſed tanquam termini, in eodem toto officiis diſtincti. Quemadmodum enim, in his circa idem cohæſio eſt, & cúm unum deſinit, in alterum terminus eſt: ita in materia prima, una recedente forma, altera ſuccedit. Sed definitionem expendamus. Simplicium generatio differt, á concretis in hoc; quod in his, præcedat alteratio quædam, quæ præparat materiam, ad veram formam recipiendam, in illis, nulla præcedat alteratio. Quam ob cauſſam, hæc priuſquam actum ſuum accipiant, ſeu (ut receptis verbis loquar) eſſe incipiant,

Ex 1. Phyſ. cap. 7.

Definitio ſimplicis generationis ex lib. 1. de Gen. cap. 4.

Quomodo formæ in materia prima pugnent.

Explicatio definitionis.

Differentia inter ſimpli cem generationem & concretam.

piant,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

piam, ſimpliciter prius non exſtitiſſe dici poterunt: ut appareat evidentius, ſi vocemus ea, poſtquam actum acceperunt, ſubſtantias, ob formas ſubſtantiales, quas habent, quas quia in

Materia non perfecta ſubſtantia.

ſola materia prius non habebant, prius quoque non ſubſtantiæ, vocari poterant. Illa priuſquam producebantur, ſimpliciter non entia, appellari non poterant, ſiquidem multa, quæ præerant prius, in genito conſeruantur. Itaque diſtinctè internoſcit definitio, inter ſimplicium, & concretorum generationem. Supereſt videamus an ea habeat, per quæ ſimplex generatio fit: non enim ſatis eſt, definitio diſtinguat definitum,

Requiſita in generatione ſimplici.

ab aliis, niſi etiam ex quibus conſtituitur, declaret. Præcipuè autem, in ſimplici generatione,
1. materia prima conſideranda venit, tanquam
2. id, á quo: & qualitates, quæ reſpiciunt id, ad
3. quid: ac inſuper tranſmutatio ipſa, quæ tactum requirit, item actionem & paſsionem. Primum autem exprimitur particula á non eſſe, ſimpliciter:

Materia qualis.

eſt enim materia ſine formis, propter privationem non ens ſimpliciter. Secunda continetur, ſub hac (eſſe ſimpliciter) forma enim qualificans materiam, ens actu quoddam educit. Tertia, refertur ad mutationem. De his itaque ordine dicemus: ita plana erit ſimplicis generationis natura, aliás obſcura ſatis. Prius tamen, rationes quibus eſſe probatur, ſubiungemus, propter eos, qui hæc capere non

poſſunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

poſſunt, & ne quid, quod ad hanc doctrinam pertinet deſideretur.

Cap. IV.

Rationes probantes ſimplicem generationem.

Quia ſimplicium generatio, ab iſta conſueta Naturæ rerum productione, nonnihil diſſimilis, menti non multum verſati in Philoſophia, perabſurda videtur: fruſtrá reliqua, his initiis ſuperſtruemus, niſi magis ſolidis rationibus, lectori eſſe perſuaſerimus. Proinde, hoc qualecunque munimentum, in Phyſica materia, có debet eſſe, á Sycophantarum inſidiis liberius, quód ſimili, cum multis cauſſis Phyſicis obſervatione defendatur. In quibus, cúm ſenſuum rationem, non ſemper ſervare poſſumus; quia tamen ratio, & analogia, conſequentiumque productio, aliter eſſe non poſſunt, iis credere cogimur. Ita hîc, magis aliis innixi fundamentis, quæ ſic eſſe conviucût, quám ſenſuum judicio, qui eó ob imbecillitatem penetrare non poſſunt: potius nos ratione vinci pati debemus, quám ob ſenſuum vitium, Naturæ ordinatas actiones tollere: ſed ad rẽ accedamus. Primúm eſſe ſuadet potentia, in materia prima. Quæ cúm in ea lateat adhuc, quod unicum reſpiciat objectum, non plura, fit ut ad unicum tantum, diſponat materiam primam. Nam cúm habeat ſemper annexam privationẽ actus, & unius formæ ad-

Primum argumentum quo oſtenditur ſimplex generatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Reſponſio ad tacitam obiectionem.

mæ adventu, ipſa adimpleatur (de particulari activa loquor, non de univerſali paſſiva, quæ in materia ſemper permanet,eam ad multa ſimul, imó omnia aptam reddens)contentá eſſe oportebit, unius formæ præſentia, quæ ſufficiet, ad ſubſtantiam perfectam producẽdam. Sed ſimplex generatio , habet actum unius formæ, in materia prima, quemadmodũ oſtendit, ejus ſupradicta definitio : quare ſimplex quædam generatio erit.

Secunda ratio.

Huc accedit, ipſius materiæ cum forma in mixto combinatio. In generatione enim mixti , præcedere oportet alterationes, haſque omnes vel ſimul, ſi plures (vel ſi una ſuo ſervato ordine) vel unam poſt aliam, ut ordo conſtet á prima, ad eam quæ generationẽ proximé antecedit, aut ut fiant alterationes , ipſo momento, cum generatione.

Motus eſt ab uno termino ad unũ terminum.

Sed cúm motus eſt ab uno termino,ad unum terminum,plures actiones , circa idem , ſimul fieri non poſſunt. Quare plures alterationes, ſimul non ſunt. Et ſi ipſo momento,cũ generatione fiant, non differet alteratio, & generatio:cúm unus, utriuſq. motus, inter terminos eoſdẽ. Item circa idem, duo diverſi motus, eodem tempore, cõtingent. Quæ rationi repugnant. De una alteratione, idem intelligendum, quod de reliquis dictum. Relinquitur ergo, unam poſt aliam,ordine ſervato in generatione, antecedere: ut á prima, ad ultimam,procedatur. Sed una forma ſubſtantia-

lis, cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

lis, cum materia prima, ſimplicem efficiunt generationem: itaque ſimplex erit generatio.

Tertia ratio.

Pro eodem facit, formarũ ratio. In mixti generatione, forma formã antecedit, nec ſimul omnes adeſſe poſſunt: plures enim formæ, plura conſtituunt entia.

Plures formæ plura conſtituunt entia.

Ubi formarum gradus, & ordo, illic actuum obſervatio: ubi actus diſtinguuntur, per magis & minus, initium fuit ab aliquo, ante quod non actus, ſeu non ens, erat (magis enim minusq́ue, ad eſſe, & non eſſe reſpicientes hic dicimus) ſed in generatione ſimplici, ante formam ſubſtantialem, præfuit non ens, ſimpliciter. Ergo generatio ſimplex eſt.

Quarta ratio.

Suffragatur & his, quód, á non ente ſimpliciter, ad ens ſimpliciter, traducere poſſit, nulla alia mutatio: nam concreta, ſeu mixta generatio, ab ente, ad ens transformat, ſed ſecundum actum, diſcrimine obſervato. Nam quod præfuit ens, reſpectu introducendi, non ens eſt, cúm ejus actus, differens ſit ab introducti. Aliæ veró mutationes, totú non transformant, ut hæ, ſicut antea admonitum eſt. Ergo præter reliquas, ponenda ſimplex generatio, quæ huic mutationi præſit, peculiariter.

Quinta ratio.

Iſtiusnegotii eſt & hoc. Niſi concedatur ſimplex generatio, fateri oportet, ſine ordine, tum formarum, cúm alterationũ, in generationibus, commutationes eſſe, caſuq́ue quodam, res fieri:

Quæ dicantur ordinaté fieri.

ordinaté enim fieri dicũtur quorum actiones diſtinctæ, & ſeparatæ ſunt ordine, & nume-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

mero : Quare, in uno quoque præcedet gene-
ratio ſimplex , quæ principium ſit , alteratio-
nũ. Quid autem ſine ea, in curſu Naturæ erit?
quis finis, & terminus mutationũ ? Quo enim
Methodus Naturæ. Natura modo cœpit, eodem progredi ſolet. Et
á primis principiis progreſſum, ad cõpoſita Na-
turæ dare ſolemus : qualem utiq. prius, ſimpli-
Septima ratio. cis generationis eſſe diximus. Profectó, qui eam
negant, infinitum Naturæ adſcribunt, quód ſi-
ne principio progreditur. Simplex autem ge-
neratio, ut primum dat exiſtentiæ principium,
ita terminat, reſpectu principii, rem, cujus ini-
tium eſt : Quare accommodatius eſt , Naturæ
ſimplicem aſcribere generationẽ , quam in ejus
Octava ratio. detrimentum, infinitum conſtituere. Ea enim
tam eſt diſpoſita, & regularis, ut & in his , quæ
quotidie agit , ſimili modo, quo res exorſa eſt,
Analogia. progrediatur. Iá enim, ſemen ad hominis pro-
ductionem præordinatur, quod quidem, poſtea
fit lacteum quid, ex quo ſanguis, qui tranſit in
formã eorum, quæ in corpore ſolidiora ſunt, &
eodem modo, res aliæ incipiunt. Quare in ſim-
Nona ratio. plici aliquo præſuppoſito, Natura generationes
reliquas ſine diſcrimine exequitur. Reſpice etiá
Natura non dat infinitũ. ultimum, in quod , res tranſeunt , cúm Natura
infinitũ non det, & actus ſint diſtincti, ſecũdum
magis, & minus, ad ens, & non ens. Vel conce-
dendum, in infinitum ab ente, verſus non ens
mutari compoſitum , & gradus ad non ens , in
infinitum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

infinitū dari, vel aliquando, ab ente, in non ens ſimpliciciter rem terminari. Si terminus eſt ab ente, ad non ens ſimpliciter, & inceptio erit, á non ente ſimpliciter, ad ens ſimpliciter: quod definitio eſt ſimplicis generationis. Deniq. cúm ſimplicia corpora videamus eſſe, vel æterné ita ſe habere fatendum, vel oriri. Sed non æterna, cúm corrumpi videamus, quare oriuntur. Non mixta generatione, cúm ſolum ea mixta oriuntur: ſimplici ergo generatione oriri ſupererit. ex his apparet, eſſe ſimplicem generationem, tum propter ſe, cùm propter generationem mixti, tum deniq. propter ipſius Naturæ ordinem, & progreſſum, quem in productione rerum obſervat. Reſtat ut ea videamus, per quæ prius diximus eam fieri: ſumpto initio, á materia prima, quæ ejus ſubjectum eſt.

Materia prima ſubiectū generationis.

CAP. V.

Quomodo materia prima ſe habeat, in ſimplici generatione, & an ſine forma, inveniri poſſit?

AD Communem Phyſicæ doctrinę contemplationem, materiæ primæ tractationem, ſolùm pertinere, nō ad generationis doctrinam, multi arbitrati ſunt: ducti Ariſtotelis exemplo. qui materiam primam expedit, in 1. Acroa: ubi cōmunia rerum naturaliū principia exequitur. Sed hi parum differre videntur ex his, qui tantum hæc acroamatica vocarunt, de vocabulis

Error quorundam.

Ariſtot. 1. Acroa.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

communibus concertationes, quæ vel ad Logi-
cam potius ablegandæ eſſent, ſiquidem hæc, no-
tiones ſecundas conſiderat; vel ad Metaphyſi-
cam, quæ abſtractas formas pertractat. Sicut
enim hi, nihil Phyſicum exiſtimant, niſi quod
ſenſus judicio diſcernitur, & omne putant alie-
num á natura, quod non uno contentum eſt li-
mite: ita illi, cùm nõ diſtinguant, inter ſimplex,
& compoſitum, primum & ultimum, ſuam in

Excuſatio Ariſtotelis.

Naturæ cognitione ignorantiá produnt. Quod
autem ſeſe Ariſtotele tuentur, non ſine injuria
eſt: in Acroamaticis enim, non ideo materiam
primam tractavit, quód ejus nulla eſſet habenda
ratio, in generatione, in qua, ad eam toties re-
currit: ſed quia cúm ſit communis, ad omnem
Phyſicam cõſiderationem, & in unoquoq. ite-
rato, inculcare, eſſet & contra gravitatem Ari-
ſtotelis, & ad materiarũ obſcuritatem: longé ſa-
tius fuiſſet uno ſpeciali loco tractare (qui tamen
ſeparatus eſſet ſcopo, á cæteris particularib. tra-
ctatibus Phyſicis) quám iterato, in omnibus ea-
dem repetere. Unde ſeparatim, acroamaticis,
communium principiorum nomen, inditũ eſt.
Quare nobis eſſe veniam ſpero, quód hic pau-
ca in generationis doctrina, de ea moneamus,
cùm ſine ea, plæraque hîc obſcura ſint: his præ-
miſſis ad eam pergamus. Duplicem potentiam,

Duplex potentia materiæ primæ.

materiæ primæ, aſſignant circũſpectiores Ari-
ſtotelis interpretes. Unam, quæ generalis eſt,
conſide-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

conſiderata ea, ex ſe, ſuaque natura: á qua dicitur materia, laté patens, ad omnes capiendas idonea, quæ vocari poteſt univerſalis privatio: ſiquidem hoc modo, disjunctim materia, & forma conſiderantur: ut iſta ſit á materia, ſeparata, illa, abſque formarum velamento, vel communicatione, conſideretur. Alia eſt potentia reſtrictior ad unam certá formam, materiam præparans, quá præceſſit particularis privatio, huic formæ, quæ introducenda eſt, oppoſita. Ab his duabus potentiis, ut materiam cognoſcimus, ita harum reſpectu, quidquid de ea dicimus, ei attribuimus. Nam ob primá potentiam, imperfectionis nomina recipit: ob ſecundá, perfectionis. Non quód aut ob hanc perficiatur, aut ob illam, imperfecta maneat, cùm eſſentia per ſe quædam, & ex ſubſtantiarum genere ſit: Sed quód in illa, longius abſit á perfecto, & cõpleto compoſito; cujus gratia, materia prima eſt: in hac conſimilior ſit compoſito, & fini ſuo. Finis enim ejus eſt, ut contraria duo, in ſe pugnantia, (formam nempe & privationem) ſuſtineat: ex quorum aliás diſſenſione rei, non generatio, ſed corruptio ſequeretur. Atque hoc unum eſt diſcrimen, materiæ primæ, ſub his potentiis. Alia, licet magis ſubtilitatis habere videátur: tamen, quia quomodo ſit, in ſimplici generatione, optimé declarant, cùm aliás difficillimæ cognitionis ſit, hic adnectemus. A prima præterea potentia,

1. quæ generalis.

Alio nomine univerſalis privatio.

Ratio.

Secunda potentia.

Declaratio.

Materia prima eſt eſſentia quædam per ſe.

Ariſtot. 1. Phy. cap. 7.

tentia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

tentia, eſt tanquam non ens, cùm nullam certam formam habeat, quæ, ipſam ad certum aliquod ens, reſtringat. Ab altera certum eſt ens: nam privatio ſecundæ potentiæ annexā habet, quandā ſecum formā, quæ materiam primam occupat, & dicitur privare non formam, hactenus introductā, ſed introducendam. Quod depēdet á duobus privationis ſignificatis. Unum quo plane negat alterum, quo cùm neget, aliquid etiam ponit. Inſuper per primam, ſeparata eſt ab actionibus: eſtque immortalis, ingenerabilis, incorruptibilis, quæ ſemper videtur fuiſſe, ſemperque futura. A ſecunda, ſubjecta eſt actionibus, mortalis, generabilis, corruptibilis, quæ videtur cœpiſſe, & deſitura. Habet ad hæc, primæ vi, & cauſſa, ut inviſibilis ſit, nec cognoſcibilis. Unde inepté putant quidam, in mente conceptum quendam, eſſe. A ſecunda viſibilis eſt, & cognoſcibilis, & rectius res quædam per ſe ſubſiſtens. Quod quidem in cauſſa eſt, ut ad eam inquirendam, á compoſito ſubſtantiali incipiatur: nam ubi eſt mutatio ſubſtantialis, illic eſſe primam materiam neceſſe eſt, ita reſolvendo, corpus ſubſtantiale, ad eam pervenitur. Iam facile eſt cognoſcere, quod materia prima, ſit in ſimplici generatione, formata, & circumſcripta, & ut ſunt corpora, dimenſione quadam conſtans. Formatam autem voco, non quód hanc ſentiam formam poſſidere, quam accipit poſt ſim-

Ubi mutatio ſubſtantialis illic etiam prima materia.

Phy. 1. *Cap.* 7.

Exiſtentia materiæ primæ, in ſimplici generatione.

Ratio nominis.

Materia prima nũquam ſine formis.

poſt ſimplicem generationem : ſed, quód cúm nunquam careat formis, etiam ante ſimplicem generationem, ſub aliqua forma ſit, ſeu quod idem eſt, actum habeat.

Dubium.

Sed hic forté mirabe-ris quomodo tum dicatur materia prima, ſi ſine formis eſſe non poſſit, cúm ea ſit informis, & á formæ natura, ejus plané diſtinguatur? Ad quod

Reſponſio.

facile eſt reſpondere, ſine formis quidem non inveniri, ſed tamen conſiderari, etiam non conſideratis formis; ſub formis veró eſſe, ne formæ, ſibi ipſis ſuſtentaculum, ac fundamentũ eſſent: qua conditione, formæ, ſeipſas informare viderentur.

Diſtinguitur materia prima, á formis.

Ob hoc tamen apparet á formis diſtingui: quód cúm formæ pereant, & generata talia eſſe ceſſant, ipſa tamen permanet, aliamque formá, poſtea aſſumit. Hoc ipſum melius cognoſcitur, ex formarum, cum ea conjunctione,

1.

Materiam primam eſſe aliud quám imaginationem aut conſiderationem nudam.

& ſeparatione. Separa, ordine ab ea formas, dum ultimum diſtrahas, non eſt poſſibile, quin aliquid permanſerit, quod ultimam formá ſuſtentabit, aut aſſerendum ſeipſam ſuſtentaſſe, quod fieri non poteſt, ut ſupra oſtenſum. Iterum finge, in conjunctione, te primam formam adjicere; alicui præexiſtenti, eam adjungi con-

2.

cedendũ, aut ſine alterius nixu, eſſe poſſe, quod æqué abſurdum eſt.

Definitio materiæ.

Itaque materia, iis primó ſubeſt, ex qua aliquid per ſe, non aliena vi, efficitur. Ob quam cauſſam, quidam non dubitatunt, materiam primam vocare, corpus perfe-

 ctum:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Zabarella cap. 18. lib. 2. de prima rerum materia.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio ex Ariſtotelis lib. 3. de cælo cap. 6.

Reprobatur diviſio materiæ.

Materia prima nunquã á ſe diſtincta.

ctum: quod corporis rationem corpori præbeat. Quod quám ineptũ ſit, ratio docet: quæ manifeſtat, formas rerum compoſitarum, non ab una parte, componente ſumi, ſed ab omnibus. Deinde cúm principium nõ ſit idem, nec ejuſdem generis, cum principiato, (pũctum enim, non eſt idem, cum linea, nec unitas, cũ numero, ut ex categoria quantitatis liquet) quæ erit cauſſa, ut quia compoſitum, eſt corpus, etiam dicamus materiam primam eſſe corpus? Certé videtur, ſi materia prima ſit corpus per ſe, formam activam habituram, antequã ad eam veniat, ut fruſtrá formam, ad perfectionem compoſiti, requiramus. Facit & contra hos totum Cap. VI. Ariſtotelis lib. 3. de Cœlo. Quare ſola materia, cum forma, corpus conſtituunt perfectum. Quæ quidem conjuncta, nonnulli vocarunt, ſecundam materiam, ac ſi prima materia eſſet illa univerſalis: & hæc particularis ſecunda. Quæ diſtinctio cúm in nominib. ſolùm ſit, & utrobique eadem retineatur prima materia, quæ á ſe nunquam diſtincta eſt: ſive ſub formis, ſive non, magis nominum videtur, quám rerum. Nam ejus naturam, formæ ab ea diſtinctæ, non permutant, tollunt, aut ullo pacto vitiant, ſed res eadem ſemper eſt, invariabilis eſſentia. Hæc de materia, jam ad qualitates tranſeamus, quæ in ſimplici generatione pro forma ſunt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

CAP. VI.

De qualitatibus, quid ſint, & quot ſint, & quæ officia habeant.

LIBRO 2. Cap. 2. de Generatione vocat Ariſtoteles, qualitates, elementorũ formas, non alia ſine dubio de cauſſa, quám quód ea informent. Unde pauló poſt, eodem in Capite, elementorum principia appellat, non quód ex iis ſolis, elementa ſint: ſed quòd cùm videantur præcipuæ cauſſæ elementorum, etiam maximé ſunt ea, per quæ elementa, vel agunt, vel patiuntur. Nam mixtio quæ elementorum beneficio efficitur, tota ab iis dependet: ut & alteratio, & quivis elementorũ, quovis modo, motus. Quæ cùm ſint naturalium præcipuæ affectiones, qualitates etiam has, á quibus pendent, eſſe nihil, aut inefficacia accidentia, nemo affirmabit. Iſta ſiquidem adeſſe, & abeſſe poſſunt, ſine ſubiecti interitu: illæ nequaquã; perit enim elementum plané, iis abſentibus, & confuſis (ut in mixtione) confunditur. Sed per qualitates has, non intelligo quidvis, quod qualificat elementum; multa enim, iis harum gratia adſunt, ut raritas, denſitas, gravitas, levitas, durities, mollities, aſperitas, lenitas; ſed eas primas, per quas cùm inſunt eleméta, etiam ea qualificant. Quæ quidem cùm oriri videãtur, ex hujus materiæ de qua ſuperiori capite dictũ eſt potentia,

Qualitates formæ elementorum.

Cur vocẽtur qualitates principia elementorum.

Mixtio unde, item alteratio & quivis motus elementorum.

Eſſe qualitates, ab effectu probatur.

Differentia inter qualitates & accidentia.

De qua qualitate hic agatur.

Origo earũ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Ariſt. lib. 1. Meteor. Cap. 4.

cælum etiam coagere iis veriſimile admodum videtur, cùm ad earundem conſervationem, plurimum valeat. Aër enim, & ignis, cùm circumferuntur, accenduntur, & calida redduntur, cùm motus, calorem producat.

Motus producit calorem.

Terra pariter, & aqua propter immobilitatem, frigida manent, cum quibus, ſiccitas, & humiditas accipiuntur.

Numerus qualitatum. Cap. 1. lib. 2. de Ortu.

Hujuſmodi enim primæ, tantũ quatuor ſunt: calidum, frigidum: ſiccum, humidum.

Definitio qualitatum.

Calidum voco quod congregat homogenea & heterogenea ſegregat. Frigidũ, quod indiſtinctè congregat omnia, tam homogenea, quàm heterogenea: ut in Urina, hypoſtaſis ſecernitur, á partibus aquoſis, quod eſt ſignum bonæ concoctionis, quæ fit á calore. Hypoſtaſis autem, eſt continentia terreſtrium partium, quæ ſimul fundum petunt, ut graviora: aquoſa veró, quia levium habent rationem, ſupernatant. Et in cera, lapillis & paleis complicata, per calorem rurſus liquefacta, demergũtur, ad fundum lapilli qui graviſſimi: ſupernatant paleæ, quæ tenuitate reliquis prævalẽt: in medio commorantur omnes partes ceræ. De frigore contrá patet, in eadem cera, quæ á frigore condenſata, omnia ſupradicta, conjuncta habet.

Quid ſit humidum.

Humidum eſt, quod proprios terminos, cùm retinere nequit, facilé alienos ſuſcipit: ut in aqua videmus in vaſe aliquo contenta, quæ figuram vaſis continentis, ad cujus partes, ſingulæ ejus partes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

partes fluunt, recipit. Contra ſiccum eſt, quod terminis propriis eſt terminatum, ſed difficulter ad alienos patet: ut injecti in vas lapides, manent in propria figura, non ſe accommodantes ad figuram vaſis. De uniuſcujuſque autem cauſſa, communiter ſic tenent interpretes. A calore calefactio eſt: ex qua colligit: collectione rarefacit. Unde quædam aſſumit, quædam diſgregat. quæ aſſumit, ſuæ ſunt naturæ, quæ diſgregat, alienæ. Frigus frigefacit, ex qua conſtringit: conſtringendo colligit: colligendo confundit, tam homogenea, quám heterogenea. Humidum humectat, ex qua ampliat, ampliando laxat: unde ſe deformat, dum ab alio conformetur. Siccum conſolidat, conſolidando compellit: unde ſuis limitibus contentum, difficulter alia recipit. Iam de qualitatum numero, ut iis obviam eamus, qui plures eſſe affirmãt quatuor: Plures poni non poſſe quatuor ita convincitur. Si plures primæ eſſent; darentur aliquæ, quæ fieri poſſent, non præexiſtente harum quatuor alteratione, ſed hoc inpoſſibile, ut patet reliquas omnes ſecundas, aut eas, quæ qualitatum nomen recipere poſſunt, inducenti. Item darentur plura elementa, quatuor: igni nempe, aëre, aqua, & terra: ſi quidem his ſupradictæ quatuor reſpondent. Aut in uno elemento, plures eſſent eſſentiales formæ. Item plures motus, á pluribus ſimplicib. qualitatibus: quod

Siccum quid.

Effecta caloris.

Effecta frigoris.

Effecta humidi.

Effecta ſicci.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio. æque abſurdum. Adde & mixtorum novam formam, ob novum motum, prævalentis in iis *Sexta ratio.* ſimplicis. Eſſet & opus, nova cæli operatione, tum ad eam producendam, cúm ad produ- *Septima ratio.* ctam, conſervandam. Denique patet hoc, quód tale, non qualitas, ſed quantitas, deberet vocari, cúm compoſita eſſet, & dimenſionem haberet. *Quatuor qualitates ſimplicem generationẽ præcedunt & ſequuntur.* Manet itaque quatuor, tantum eſſe qualitates, quæ quidem, & præcedunt ſimplicem generationem, & eandem ſequuntur, ut quarum beneficio, mixtum conſtituatur. Vtrobique veró, ſimiliter afficiuntur: nam calor, & frigus, agentes proprié dicuntur: humiditas, & *Explicatio.* ſiccitas, patientes. Non quód cum materia prima, aut in compoſito, duæ primæ efficaces *Æqualiter in materia agunt qualitates; ſed quædam dicuntur magis agere cõparativé, cúm tamen omnes agant.* tantum ſint, reliquæ ſine effectione (cúm æqualiter materiam efforment & in compoſito contrarias habeant vires) ſed quód duæ primæ, magis activæ ſint: duæ ultimæ minus. Nam duæ primæ, plures habent actiones, duabus ultimis. Calidum enim, & congregat, & ſegregat: frigidum, tam homogenea congregat, quám heterogenea: Humidum autem, facilé alieno terminatur, quod eſt pati proprié: & ſiccum, ſua contentum eſt forma, quod quoque eſt paſſio. Quid autem ſint actio, & paſſio, ſequenti capite dicetur.

CAP. VII.

De actione & paſsione.

QVÆ ſit materia & forma elementorum, hactenus dictum; accuratius quo modo ſint, aut concurrant ad elementorum conſtitutionem, libro ſecũdo dicetur. Quia autem ſine actione & paſſione ea quæ dicta ſunt, parum intelligi poſſunt, (utpote ſine quibus nulla poſſit eſſe generatio) non erit alienum, ab hoc negotio, paucis utriuſque conditiones (quo ad phyſica tractatio nos patitur) pervidere. Primum autem pręmittendum paucula de agente & patiente, á quibus actio & paſſio pendent.

Ariſtoteles 1. de ortu cap. 7.

Conſideratur utrumque dupliciter: primo modo ex ſe, non reſtricta ad ea, quibuſcum agunt: quo pacto ipſorum eſſentiæ, tantum conſiderantur: alio modo, in reſpectu ad ea, quibuſcum agunt. Nam actio, & paſſio, non tantúm habent ſuos limites, terminum ſcilicet á quo proveniunt, & ad quem procedunt: ſed etiam ea, in quibus, per quæ, & ea quæ agunt & patiuntur, quæ item relicta poſt actionem & paſſionem.

Duplex conſideratio agẽtis & patientis.

Eorum autem eſſentiæ, neceſſarió hæc habent. qualecunque eſt agens in actu, tale debet in potentia eſſe, omne patiens: nam niſi agens, actu tale ſit, non poterit talem actum producere: ut niſi ignis actu calidus ſit, neutiquam, in aqua calorem producet. Niſi ſimiliter

Ariſtoteles 9. Metaphyſ.

patiens,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

patiens, potentiam habeat, ad actum recipiendum, fruſtrá patiatur: vt quid aget ignis in aquam, niſi poſſit aliquando aqua, caloré ignis ſuſcipere? Dico autem, in patiente potentiam agentis requiri, ſecundum ſe totum, non ad potentiam alicuius partis: ut patitur aqua, quód tota calefieri poſſit: lignum, quód totum comburi poſſit. Ab extrinſecis autem, hæc iis conueniunt.

Conditiones agentis & patientis ab extrinſecis.

Quanto fortius eſt agens, tantò efficacius in patientem operatur: quantó debilius, tantó imbecillior eius operatio: patiens etiam prout ipſum diſpoſitum eſt, magis, vel minus patitur. Et quo melius, virtutem ſuam exercere poſſint agens, & patiens, oportet propinquitate quadam, ſeſe contingere: nihil enim, in utriſque virtus, quantum vis maxima producit, niſi ad invicem, ad virtutem exercendam perueniant.

Nulla vis actionis & paſſionis niſi in ſe invicem agant.

Quod quidem fit, (in continuatis agentibus & patientibus) tactu. Immediaté auté agentibus, per media: ut de igni cognoſcitur, qui licet diſſitus á corpore, tamen in aërem proximum agendo, in corpore poſtea, calorem etiam producit. Hæc recté intellecta de agente & patiente, actionem & paſſionem, multó illuſtriorem nobis reddunt, quæ ex iis oriuntur. Itaque quod prius inſtituimus, tranſlato ad ea ſermone, deinceps de iis dicamus.

Diviſio actionis.

Ab his agentibus, & patientibus producitur actio. una quidem in ſe, ſed ob agentes, & patientes varia. Nonnunquam enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

enim agens patientem omnino immutat, vt ſimilem reddat: velut cúm dominatur agens, poſt actionem. Aliquando agens totum patiens non immutat, ſed quodammodo labefactando variat: quod fit, quando poſt actionem, agens, non dominatur. In prima quidem actione, quanquam ſimilitudo eſt agentis, & patientis, quoad tertium producendum concurrunt, vel poſt actionem, tamen cúm agens patienti ſimpliciter dominetur ante actionem, diſſimilis utrumque virtutis eſſe oportet: ut quód vincit *1. de generat. cap. 8.* majori ſit virtute, quod ſuperatur, minori. In altera non tantúm ſimilitudo eſt, poſt actionem, ſed etiam ob virtutem agentium, ante actionem. Talis enim eſt in iis actio, quæ vel æquali ſunt virtute, vel cúm parum agens vincitur á patiente. In ſe auté unam eſſe actionem oſtendit, unica motio, ab agente & patiente profecta: eadem enim combuſtio, reſpectu tum ignis cúm ligni aut carbonis. *Actio & paſſio quid.* Nomina veró diverſa, diverſus reſpectus efficit: dum enim motio proficiſcitur, ab agente, actio vocatur: dum recipitur, á patiente, paſſio. Hinc provenit, ut ſæpius difficile ſit, num motioni, actionis, an paſſionis nomé indi debeat. Ignoratur enim in variis, ab utro profecta ſit motio, & ab utro recepta. Probat hoc quod dicimus evidéter, gutta aquę iniecta magnę flammæ: ité abſorpta á magno & vaſto terræ hiatu, exigua terræ portio,

Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Quare haud abs re videtur, ſi in genere ſtatuamus, quid actionem efficiat, & quæ notæ agentem á patiente diſtinguant. In omni actione, eſt motio quædam, ab agente, in patientem recepta. Hanc neceſſe eſt præcedat in utraque virtus, ſimilitudine quadam, & diſſimilitudine, commixta: nam niſi ſimilitudo ſit, non poteſt alterius actus, in alterum tranſmutari. Inter enim contrarié pugnantia, quoad pugnant, actio non intercedit, ſed ubique reſiſtitur, contrarietate oppoſitarum formarum. & niſi ſit diſſimilitudo, utrumque aget, nullumque patiens erit: ſimile enim, planè in ſimile non agit. Sed & hæc nihil efficiunt, niſi adſit tactus. Virtus enim communicari non poteſt, niſi ſeſe agens & patiens contingant. Itaque requiritur & agens & patiens: & virtus utriuſque inæqualis, cum motionis per tactum coniunctione. A quibus de actione hæc enunciare poſſumus. Nihil agit in ſe: agens enim & patiens, diverſa requirunt. Nihil ſine contactu agit: & nullum agens, agit in ſibi ſimile. Et hæc de notis diſtinguentibus agentem, á patiente ſunt tenenda. Proprium agentis eſt; ut det initium actioni: primum enim movens eſt: unde actum habet qui communicandus motioni. Patientis proprium eſt: ut ſit ultimum in actione: in eo enim ceſſat actio, cúm motio in eo abſolvatur: deinde actũ non habet, priuſquam motio terminetur; eſt enim

Actio non intercedit inter contrarié pugnantia.

Simile plané in ſimile non agit.

Nihil agit in ſe.

Nihil agit ſine contactu.

Nullum agẽs agit in ſibi ſimile.

Proprium agentis.

Patientis propria duo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

eſt enim potẽtia illa forma in patiente, quã actu poſſidet agens quare actio vocabitur, quatenus á tali agente, motio proficiſcitur: paſſio, quatenus á tali patiente recipitur. Harum autem conjunctio, quia pendet á tactu, de eo videamus.

Cur de tactu dicendum.

Cap. VIII.

De Tactu.

Quorum tactus ſit.

ALTERABILIVM omnium, & quovis modo mobilium, tactus eſt. Non tantum quatenus ea, cúm in locis ſunt, ne detur in natura vacuum, per propriam dimenſionem extenduntur: ſed etiam, quód cúm alterentur, quibuſdam aliis, eorum magnitudo coniuncta eſt. Itaque tangibilia in loco quodam ſunt, & partium ſuarum, certum ſitum obtinent. Cúm autem diverſa ſint, quorum per tactum conjunctio eſt, & tamen eundem producant effectum, diverſa accidentia habere oportet: & vt tertium conficiant, ſimul agere & pati. quare tangibilia agent, & patientur: per virtutem enim, & media quædam effectus edere poſſunt: ut quæ longinquó á ſe invicẽ diſtant: conjuncta veró ut tangibilia, non item. Unde fit, ut tactus proprié dicatur, cúm extrema duorum ſimul ſunt, & ſibi inuicem agunt, & patiuntur. Sed ſigillatim, per ſingulas tactus ſpecies, an actionem, & paſſionem habeant, reſpiciamus: nam eodem

Tactus ſecundum locum & ſitum.

Modus quo tactus fit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

eodem modo, in omnibus non eſſe videtur, qua de cauſſa, tactus ſpecies videamus. Tactus laté ſumpto vocabulo, eſt naturalis, mathematicus, & metaphoricus. Naturalem voco, coniunctionem duarum magnitudinum habentium poſitionem, in quo requiritur quantitas: nam magnitudo ſecundum quanta dividitur. etiam opus eſt diſtinctione ſecundum ſitum: proprié enim phyſicé, ſeſe non contingunt, quæ ſunt ſicut continens & contentum: Adde quód tangentium extrema ſint ſimul, non conjuncta per aliquod medium : ita tamen ne ſint unum, talia enim ſunt continua, non contigua. Denique activa & paſſiva, ſibi invicem eſſe oportet: ut cùm tangens agat in tactum, ne agat etiam tactum in tangentem. Mathematicus eſt conjunctio duarum magnitudinum, quarum extrema ſunt ſimul : qui reliqua requiſita, in naturali, omnia admittit excepto ultimo. Metaphoricum tactum dico, qui eſt inter duo, quorum unum tangit aliud, ſua virtute. qui quidem propriè ſupradicta requiſita non habet, ſed eorum ſimilitudinem quandam : quemadmodum ipſe eſt ſimilitudinarius tactus. Iſta ſunt ſignificata; iam an in omnibus actio, videamus. De primo certè tactus genere, quin actionem & paſſionem habeat, non eſt dubium. Nam quæ naturaliter ſeſe contingant, non ſolùm requiritur, ut tanquam agens & patiens afficiantur

Ariſtoteles lib. 1. de Ort. cap. 6.

4. lib. Phyſ. cap. 6.

Requiſita ad tactum naturalem.

Mathematicus quid.

Metaphoricus quid.

Tactus naturalis habet actionem & paſſionem.

Ratio.

ciantur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ciantur erga ſe invicem, ſed etiam opus eſt, ut mutuó agant & patiantur. Hoc eſt, ut quod patiens fuit, recipiendo actionem agentis prius, idem ſit poſtea agens in alterum, quod fuit agens prius, immittendo ſuam actionem in ipſum. Alia ſimiliter actionem quandam habent: nam duæ magnitudines ſeſe contingentes (qui eſt tactus Mathematicus) contiguantur, ut ita dicam. Et cùm ad alicujus triſtitiam nos afficimur, (qui eſt tactus metaphoricus) iis compati, & coagere dicimur. Itaque actio, (prout varius eſt tactus,) varia erit, & ſecundum varia tactuum genera, diſtincta: ut quædam naturalis vocari poſſit: quædam mathematica: alia adhæc metaphorica. Naturalis, quæ rebus corporeis contingit, extra ipſas realem aliquem effectum edens: ut quæ in elementis eſt, & concretis corporibus. Mathematica, quæ in corporeis eſt, & habentibus magnitudinem; ſed tamen, quia extrá effectum non edit, immanens vocari poteſt, vel affectio potius, qua res erga ſe afficiuntur, ut tendant ad ſui conſervationem, & agant & patiantur perfectivé. Metaphorica eſt in incorporeis, & immanens: ut in ſenſationibus, perturbationibus, ex externo aliquo impellente obortis: & quę potius ſpiritalem aliquem habent effectum quám realem. Et ut cuique ſit ſuum nomen, ne novata verba in phyſica pariant difficultatem,

Actio varia ſecundum varia genera tactuum.

Naturalis quæ.

Mathematica quæ.

Metaphorica quæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Actio corporea tranſiens. *Actio corporea immanẽs.* *Actio ſpiritualis, ſive intentionalis.*

uſitatis vocabulis compellari poſſunt. Naturalis quidem vocari poteſt: actio corporea tranſiens. Mathematica, corporea immanens; quód extra rem effectum non edat, ſed cùm agat, immaneat. Metaphorica, ſpiritualis, quia incorporeorum, & ſpiritualium eſt: aut intentionalis, quia intentionum eſt. Sed & omni tactui ineſſe actionem & paſſionem, oſtendit eorum finis: qui videtur eſſe in genere, quædam actio & paſſio tangentis cum tacto. Verùm ut naturalis tactus ſolùm veré talis eſt: ita naturalis actio, inter actiones, ſola vera eſt.

Cap. IX.

Simplicem generationem non eſſe aliorum quàm elementorum, verus item elementorum numerus.

Occaſio quæſtionis.

HÆC quæſtio, quorum ſit ſimplex generatio, ideo hîc affertur: ut cognoſcatur, de quibus ſimplicibus mentio fiat, & finiti numeri, an infiniti ſint, innoteſcat. quorum non parvum momentum eſt, ad generationem rectius perſpiciendam. Nam & varia ſunt ſimplicia, quorum conſideratio hujus loci non eſt, & eorum, quorum eſt generatio, certos limites, & præfinitos terminos eſſe oportebit. Qua de cauſſa dicunt Phyſici, nec incertum, nec infininitum generare: illud, quia formam non habet certam:

Nec incertum, nec infinitum generant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

certam: hoc, quia formas habet illimitabiles.
Hanc autem quæſtionem hucuſque diſtuli, *Cur huc uſq. dilata eſt quæſtio.*
quia multa continet, quæ ſine præcedentium
cognitione intelligi non poſſunt, & quia ſepa-
rata eſt forma doctrinæ, á ſuperioribus, ne in-
teriecta ſuperiori tractatui, ea, quæ naturali or-
dine cohærent, divelleret. Hæc itaque duo hîc
tractabimus. quorum ſimplicium ſit generatio;
& quot ſunt, quæ ex ſimplici generatione
oriuntur; ſeu quot ſunt elementa. Atque ut de
prima dicamus, præcognoſcendæ ſunt condi-
tiones ſimplicis generationis, ex iis, quæ ſuprá
de ea, á nobis adducta ſunt. Conveniunt autem *Conditiones ſimplicis generationis.*
ei, ut in ſumma dicatur, quædã per ſe, quædam
ex conſequenti. Per ſe ei conueniunt: ut ſim- 1.
pliciter efficiat quidpiam, quod prius non fuit
ſimpliciter: &, ut illud efficiat ſimplici ſubſtan- II.
tiæ introductione, non per mixtionem. Ex con- I.
ſequenti; vt primum corpus ſit hoc, quod pro-
ductum eſt ſimplici generatione. Deinde, ut II.
principiũ ſit ſenſibile, ex quo omnia alia com-
ponuntur. Iam ut cognoſcatur qualibus ſim-
plicibus conveniat, præmonendum, quot mo-
dis ſimplex ſumatur. Ut autem intra Phyſicæ
limites nos contineamus, de ſignificatis tan-
tùm loquemur, quæ ad Phyſicam pertinent.
Primó ſimplex uſurpatur, pro eo, quod non *Significata ſimplicis.*
compoſitum eſt ex materia & forma. qua ra- I.
tione, ipſam materiam & formã compræhen-

 dit:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

II. dit: nam ea per ſe non compoſita ſunt. Accipi-
tur etiam ſimplex pro compoſito, ex materia
& forma, quod tamen mixtione non fit: ad
quod referuntur quatuor elementa, quæ ideo
ſimplicium nomen obtinuerunt, quód ſimpli-
ciſſima ſint, & reſpectu reliquorum, quorum
ipſa ſunt prima ſenſibilia principia, ſunt unius
formæ, & individua: nam diſſolvi non poſſunt
in alia priora ſenſibilia principia. Sumitur etiam

Ariſtoteles cap.2.lib.2.de Ort.

III. pro eo, quod abſoluté, & ſine conditione eſt:
quod aliás concretis convenit, ut cùm attri-
buitur eis, quæ per ſe ſunt: quopacto ſimplicia
ea vocamus, quæ generantur ſecundum for-
mam ſubſtantialem, ut, cùm homo ex ſemine
oritur: ſtipula ex avena. quæ quidem ideo di-
cuntur ſimplicia, quod ſecundum totum unius
rationis ſint; opponuntur enim iis, quæ ſecun-
dum totum, non ſunt unius rationis: ut ſunt ea,
quæ alterantur in accidēte aliquo. Hæcque du-
plicia ſunt: ſimplicia, ut elementa, & concreta
ex elementis: nam in utriſque forma ſubſtan-
IIII. tialis introducitur. Adhibetur & ſimplex, ad
effectiones primas rerum naturalium ſignifi-
candas: ut eas, per quas, res primum alterari
incipiunt. quæ, ob id, ſimplices dicuntur, quod
unius generis ſunt; propter ea, quæ ipſas conſe-
quuntur, quæ plurium exiſtunt. Et hæc ſignifi-
cata ſunt receptiora ſimplicis. Sed generatio
ſimplex, quam quærimus, ſimplici, primo
modo

Generatio ſimplex non convenit ſimplici primo modo accepto.

modo accepto, non convenit: materia enim per ſe, aut forma per ſe, non ſunt entia ſimpliciter, ſed ſecundum quid: cúm eouſque ſint imperfecta, quouſque concurrant ad tertium conſtituendum. Huc accedit, quód hæc non poſſint corpora vocari, ſeorſim accepta, nec etiam ſenſibilia ſint. Pariter inepté attribuitur ſimplex generatio ſimplicibus abſolutæ formæ concretis: talia enim ſunt compoſita, & antequam generarentur, quippiam ſimpliciter erant: ut & non ſunt ſenſibilia prima aliorum principia. Et denique ſimplicia, quarto modo, ſimplicem generationem non admittunt: dicam magis, ne quidem proprié generationem omninó: ſed cùm eſſe primum incipiunt, tales motus incipere proprié dicuntur, ut primo hujus libri capite monuimus: cùm finiuntur, deſinere. Reſtat ut videamus, an ſimplicibus, ut prima elementa, ſimplicis generationis conditiones conveniant. Et, ut ordine procedatur, ad primam conditioné: elementa, poſt ſimplicem generationem, ſimpliciter fiunt aliquid, cùm ante eam ſimpliciter aliquid non fuerint, ut ſuprá ſatis multis oſtenſum. Secunda, producuntur abſq. mixtione: licet enim quædam, (ſine dubio) alteratio præceſſit, (cùm ea informis non reperiatur) talis mixtio non fuit, ut libro ſecundo dicemus. Tertia, poſt generationem, corpus & conſtantia dimenſione, qualem ante eam non

Ratio.

Materiam & formam non generari ſimpliciter.

Secunda Ratio.

Concreta non generari ſimpliciter.

Primos motus non generari ſimpliciter.

Elementa ſola conditiones ſimplicis generationis admittunt.

Prima conditio.

Secunda conditio.

Tertia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Vltima. habuerunt. Denique juxta ultimum requiſitum, ſunt prima rerum naturalium principia ſenſibilia. quare verum erit, elementa ſola, inter ſimplicia, ſimplicem generationem admittere. *Elementum quid.* Eſt enim elementum, ex quo res componitur, nec reſolvitur in prius. *Secunda quæſtio.* Supereſt altera quæſtio, quot ſint, quæ ex ſimplici generatione oriútur: ſeu quot ſint elementa. *Quot formæ tot elementa.* Et quia ſuprá dictum, qualitates cum materia prima ea conſtituere, tanquam formas: quot formæ ſunt, tot elementa, eſſe oportebit: quatuor autem eſſe qualitates, prius probatum, itaque & quatuor erunt elementa: ut calido primæ qualitati, & nobiliſſimæ, reſpondeat ignis: frigido, aqua: humido, aër: ſicco, terra: per quæ, primam ſuam efficaciam, & maximam hæc eadem exercent. *Elementa tantúm ſunt quatuor, nec plura, nec pauciora.* Sed ut de his certiùs conſtet; plura non eſſe poſſe, nec pauciora, probabimus. *Primum argumentum.* Si plura eſſent, plures quoque profectó darentur qualitates quatuor, aut aliquæ dabuntur ſine formis. qua ratione corruent ea omnia, quæ dicta ſunt prius. Sed tantum quatuor ſunt qualitates, ut ſupra variis rationibus confirmatum. Itaque plura quatuor eſſe elementa non poſſunt. *Quod non ſint pauciora. Prima ratio nõ eſſe unum elementum.* Si veró pauciora: vel unum tantum ſtatuendum, vel duo, vel tria. Non unum tantum: tum enim generatio concreta non eſſet; ſiquidem non alteratio fieret, per quam & generatio exiſtit: nam alteratio eſt inter contrarias qualitates: ſed in

uno tantum elemento qualitates contrariæ eſſe non poſſunt. quare plura uno ſtatuenda. Eodem modo nec duo eſſe poſſunt.

Secunda ratio non eſſe duo elemẽta.

Ita enim citó conſumerentur res omnes, ex elementis conſtantes: oportet enim illa duo, ex utraque parte, contrariis conſtare, ut unum eſſet calidum, & ſiccum, alterum frigidum, & humidum; vel é converſo. Secundum quæ, in ſe invicem agerent: ut calidum in uno, cum frigido in altero: & in uno ſiccum, cum humido in altero. Ita in eodem repugnans eſſet actio, quæ quidem interitum afferret rebus. quare non erunt duo.

Tertia ratio non eſſe tria elementa.

Neque etiam tria eſſe poſſent, niſi tertium deſtrueretur: nam duo dari oporteret contraria, ſecundum utraſque qualitates, ut prius dictum: tertium veró, in una qualitate, cum uno conueniret; in altera, ab altero diſſentiret, ut ſi humidum calidum, in quantum humidum, conveniret cum humido frigido elemento: in quantum calidum, cum calido ſicco: Ita illa concurrerent ad eum tollendum.

Quarta ratio qua probatur eſſe tantúm quatuor elementa.

Convincit & hoc quatuor eſſe elementa tantùm, eorundem quatuor diſcrepantia loca, & ad ipſa quatuor diſcrepantes motus. Tot enim ſimplicia eſſe oportet, quot ſimplices motus, & ſimplicium loca, ut convincit ratio corporis, quód locum requirit, cum quo motus eſt:

Quatuor ſunt ſimplicium loca.

ſed quatuor ſunt ſimplicium loca. centrum terræ, gravium: orbis lunæ, levium: locus proximus contentis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

loco ſupremo, qui eſt magis leuium, quám gravium: locus proximus contentis, centro terræ, magis gravium, quám levium. Et ad horum unumquemque ſuus eſt motus. Ad centrum terræ deorſum, ad orbem lunæ ſurſum. Interjecta duo, quia mixti reſpectus ſunt, reſpectivum etiam accipiunt motum: quod levius, inter ea, reſpectu gravioris, motum ſurſum habet: quod gravius, reſpectu levioris, deorſum. quare quatuor tantum erunt elementa: ignis, aër, aqua, terra, ex quibus omnia fiunt. Atque hæc de iis, per quæ ſimplex generatio fit: de forma, ſeu modo, quo hæc quæ dicta ſunt, in ea concurrunt, ad eam conſtituendam, libro ſecundo tractabitur. Itaque ordine obſervato, ad generationem concretam, jam tranſibimus.

CAP. X.

Quid concreta generatio, & modus eam inveniendi, item ea per quæ fit.

Ea omnia, quæ dicta ſunt de ſimplici generatione, etiam ad concretam ſpectare.

LICET hæc, quæ á nobis allata ſunt de ſimplici generatione, ad eam perficiendam, omnia requiri diximus: non tamen ita ſunt intelligenda, ac ſi ad eam ſolá ſpectarent præcisé, nec eorum in ſequentibus ulla eſſet habenda ratio. Nam cúm ſimplex generatio aditus ſit ad concretá, & ea, quæ ſimplici generatione fiunt, concretam efficiant: hæc ipſa, quæ ſuprá de ea allata

allata ſunt, ſine periculo, ad concretam quoque ſpectare, putari poſſunt. Itaque, & de qualitatibus doctrina huc accommodari poterit, & de actione, & paſſione, item de tactu: ut quæ & de elementis dicta ſunt. Quorum, hanc ob cauſſam, ſi contingat mentionem fieri, non ex iſta ſequenti doctrina retractatio, (quæ parit in artibus confuſioné) exſpectanda erit: ſed quæ de iis dicenda, ex ſupradictis repetenda erunt. Hæc præmonere viſum eſt benevolum lectorem, propter quoſdam, qui in hac eadem doctrina, ex his varia, ad concretam generationem ablegârunt, ac ſi ſine iis poſſet eſſe generatio ſimplex: ut actionem, paſſionem, tactum. quorum tamen de veritate conſideratio præcipua eſt in generatione ſimplici. Sed hi dabunt tandem locum veritati, ipſis reclamanti, & poſt veritatem, maximorum hominum authoritatibus. Ad propoſitum ſcopum ut veniamus, ac ut cognoſcatur id, de quo dicturi ſumus, concretam generationem operæpretium erit definire. Sic autem non incommodè deſcribi poteſt, Eſt mutatio ab his virtutibus, cùm habuerint rationem, ex ſubjecta materia unicuique naturæ. Vel aliis verbis, Eſt per dominium activarum qualitatum, in paſſivas (quod eſt in materia) productio novi compoſiti. Virtutes enim quas in ea commemorat, ſunt qualitates quatuor, quas primi hujus tractatûs parte explicuimus.

Ariſtoteles 4. lib. Meteor. cap. 1.

Explicatur definitio, & ſingulæ ejus partes.

Eſt enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Eſt enim ea præcipua compoſiti virtus: non tantùm, qua ipſum exſuſcitatur ex alio: ſed etiam, qua ipſum compoſitum conſervatur. Harum enim beneficio nutritio eſt augmentatio, & alia, per quæ individuum cuſtoditur: ſciendum verò hîc, (quod etiam ſuprá attigimus) non tantùm intelligi prima qualitatum, ſeu virtutum officia in generatione adeſſe: ſed etiam minus præcipua: quæ plura eſſe poſſunt, prout diſponuntur. Calidum enim præcipué calefacit; ſed ſimul attrahit & diſpargit: unde terminat cum aliis, vel coarctat. Pariter frigidum frigefacit, colligit, & cum aliis conterminat. Humidum humectat & laxat: adjectum autem aliis terminatur. Siccum exſiccat, & conſtringit, cum aliis verò conterminatur. Sunt enim duæ quæ terminant, & duæ quæ terminantur. Itaque qualitates has adeſſe in generatione concreta, & earum operationes, tam primarias, quá ſecundarias, eſt neceſſe. Sed earum, quia inæqualis eſt ratio operandi in compoſito; ideo non ſimiliter virtutes exerunt, in eodem. Duæ activæ, calidum & frigidum, dominium ſupra duas paſſivas, ſiccum, & humidum, obtinent; ut illæ vincant, hæ vincantur. Qua de cauſſa in definitione dictum eſt. cùm habuerint rationem in ſubjecta materia. Rationem enim hîc habere, eſt præpollere, ſeu ſeſe plus exerere: quo pacto dicere ſolemus, quæ majoris

Cautio.

Qualitates adeſſe in generatione ſimplici & concreta neceſſe eſt.

Calidum & frigidum dominium obtinent ſupra duas paſſiuas.

Explicatio ſecundæ particulæ.

dignitatis ſunt, ſupra cætera habere rationem.
Activæ enim duæ materiam potiſſimum con-
formant, reſpectu aliarum duarum, quas ipſæ
determinant. quare non ſine ratione ejuſdem
ſubjecti ratio, ſeu cauſſa dicuntur. Eſt autem
hîc ſubiectum, (cujus ſit in definitione mentio)
materia prima, ſub forma compoſiti: quam
vulgares Phyſici vocant materiam ſecundam:
nam in ſimplici generatione differt materia ab
ea, quæ in ſubjecto, quòd illic non ſit corpus:
hîc veró ſit corpus ſubjectum dimenſionibus.
Verùm non ob ſe, ſed ob ea, quæ eam infor-
mant. elementa enim hic commiſcentur, & ei
præbent rationem corporis. Additur verò ulti-
ma particula (unicuique naturæ) ad oſtenden-
dum, debere ex tali generatione exiſtere perfe-
ctum compoſitum. Hic enim natura, pro natu-
rali uſurpatur compoſito. hocque non otioſé
ex eo adjectum videtur: quòd concurſus quali-
tatum non ſemper individuum conſtituant: ut
cùm inæqualibus concurrunt gradibus, & con-
trarietate quadam operationum: unde feré
ſequi ſolet corruptio. Verùm cùm æqualibus
gradibus mitigantur, ut duæ proportione præ-
dominentur, duæ ſimili proportione vincantur,
perfectum exiſtit compoſitum. Hæ enim ſunt
conditiones generationis concretæ: ut ſit ali-
quid compoſitum ex elementis, tanquam ma- 1.
teria ejuſdem: concreta enim non eſt, ſi materia

Duæ activæ qualitates materiam potiſſimum conformant, reſpectu aliarũ.

Explicatio tertiæ particulæ.

Cur addita ſit ultima particula in definitione.

Quo pacto accipitur 1. cap. 2. lib. Phyſ.

Concurſus qualitatum non ſemper individuum conſtituit.

Conditiones generationis concretæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

II. prima ſola ſit. Deinde, ut eam præcedat altera-
tio, per contrarias qualitates, duas activas, &
duas paſſivas: quæ quidem dici poteſt mixtio:
ut diſcrimen ſit ab ea alteratione, quæ præcedit
generationem ſimplicis, quæ per unam tantúm
III. qualitatem ſit. Tertio, vt aliquod totum perfe-
ctum generetur. Dico totum, ad diſtinguen-
dum á concreta imperfecta, ut cùm ex ele-
mento elementum generatur. Talis enim dif-
fert á ſimplici, quam ſupra definivimus: nec
etiam eſt concreta, cùm non ſit vera commix-
tio, quia non omnes qualitates adſunt: magis
tamen concreta quám ſimplex eſt, quia quæ-
dam reſiſtentia fit contrariarum qualitatum:
quanquam omnes non adſint, ut fit in perfectè
concreta. Hæc autem omnia requiſita neceſſa-
ria eſſe docet modus ejus, quo conſiſtit: reſolu-
tione autem fiet manifeſtior, quare eam reſol-
vamus. Mixta omnia, ſive animantia, ſive quæ-
vis alia, neque ex ſolo humido, neque ex ſolo
ſicco generari poſſunt: quia humidum fluxi-
bile eſt, neque determinatum: ſiccum veró,
non per ſe conſiſtit. itaque aliis opus erit qui-
buſcum permiſceantur, ſcilicet calido & frigi-
do. Permiſcetur autem unum compoſitum ex
omnibus. quare præcedit compoſitum in ge-
neratione. Sed quia terminare calidum & frigi-
dum non poſſunt, nec terminari humidum &
ſiccum, niſi hæ iſtis dominio quodam præſint:
illæ

Modus concretæ generationis.

Mixta omnia neque ex ſolo humido neq. ex ſolo ſicco generari poſſunt.

illæ vincantur, opus eſt tranſmutatione, in qua ſuperemineant activæ, ſupra paſſivas. At quia, ſine proportione qualitatum, dominium tollit, & interitum affert rei tranſmutandæ: requiritur ut proportio, in gradibus æqualibus, inſit qualitatibus: ita perfectè fit compoſitum. Hæcque eſt concreti compoſitio, quæ generatio compoſiti, nuncupatur. Iam videamus ea, per quæ fit, cõcreta generatio. Quæ ſunt: omnium elementorum cõcurſus: & perfecta eorundem mixtio. de quibus deinceps inquiremus.

Cõcreti compoſitio, generatio compoſiti nuncupatur.

CAP. XI.

Corpora perfectè concreta ex omnium elementorum concurſu generari.

ELEMEMTA ſunt, primum principium, ac materia, ex qua concretum exiſtit. Itaque in generatione concreta, eorum cognitio, primo ſeſe offert loco. Verum cúm mixtio quædam eſſe poſſit ex duobus, aut tribus: dubitare poſſet aliquis, an neceſſarió, ad concretum, omnia requirantur? Ideóque, ut diſtinguantur, perfectè concreta, ab imperfectis, in iis, probabimus omnia elementa, requiri. Adeſſe veró omnia, primum hoc convincit. Niſi adeſſent, in concreta generatione, omnia elementa, perfecta mixtio, vocari non poſſet, quæ in concreta generatione exiſtit. Ea enim, agentium, & patientium

Elementa quid.

Dubitatio.

Solvitur dubium.

Ratio prima.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

patientium qualitatum opera fit: ubi quædam vincunt, quædam vincuntur; terminant quædam, quædam terminátur. Sed per mixtionem, differt concreta generatio, á ſimplici: quare, in ea, erunt omnia elementa. Ipſa etiam concretorum conſtitutio, indicat, omnia elementa, concretis corporibus adeſſe. Nam, ſi duo tantum adeſſent: ut ſi eſſent, aut tantum activa, aut tantum paſſiva: tum ſeipſa informarent, agens nempe ſe, ſua actione: patiens ſe, ſua paſſione. Quod contra naturam eſt. Vel ſi unum eſſet activum, alterum paſſivum: ſi contraria, alterum ab altero deſtrueretur. Si non contraria, ſine aliquo mediante, nulla eſſet perfecta operatio. Si veró tria, duo contraria deſtruerent tertium: ſi quidem illa, duarum qualitatum vi agerent, in unam illius qualitatem: quo pacto, corruptio, plané ſequeretur. Conſidera & utriuſque commoditatem, qua fit, ut diutiſſimé in ſuo actu, quidque ſalvetur. Et á loco, prima eſt uniuſcujuſque conſervatio, in quo ut diutiſſimé, quidque permaneat, in cauſſa eſt terra: ſed hæc ſine humore, nullo modo, conſtare poteſt: unde ne diffluat, accedit ad eam aqua, quæ eam continet. Verúm, cúm generationes rerũ ſint, ex contrariis, & ubi alterum contrariorum eſt, illic etiam alterum: adeſſe neceſſe eſt, terræ & aquæ, ignem & aërem. Nam terræ, aër repugnat: aquæ, ignis. Quare, in omni concre-

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

concreto, omnia elementa inerunt. Proximé, ſecunda cuique eſt conſervatio, á cujus temperatura, quatuor, in unoquoque, elementa, requirũtur. Nam ſi compoſitũ, æquali omnium quatuor elementorum conſiſtentia, non fieret, á vicino, in quo hæc proportionaliter inſunt, diſtemperaretur, & corrumperetur: quæ enim, ſeſe contingunt, in ſe invicem agunt & reagunt. Aut oporteret, rem ad locum fieri talem, in quo contingeret ea eſſe, quæ ac ipſum, eſſent improportionata. Sed talis non eſt: Ergo omnia elementa, ſunt in concretis corporibus. Adde & tactum noſtrum, qui corpus concretum, affectum contraria qualitate, facile diſcernit. Sed, quatuor qualitates, in unoquoque tangibili, deſignamus: quod ex contrariæ qualitatis affectione, apparet: pro qualitatibus autem, elementa conſtituimus, quaſi earum formis & differentiis. Indicat & idem, cujuſque conſervatio, & nutritio. Nam quot, unumquodque nutritur, é tot, etiam conſtare oportebit: aut vacuum dari, quo recipiatur illud, quod acceſſit, præter conſtituentia. Sed quatuor unumquodq. nutritur: ſolido, ut terreo: fluido, quod humectet ſolidum: igneo, quod digerat: aëreo, ex quo aſſimiletur partibus corporis, ad quas accedit. Hocq́ue patet, vel in iis omnibus, quæ uno horum, præcipué contenta videntur, ut vulgaris experientia docet. Itaque omnibus, aut iis ſaltem, quæ

Quarta ratio.

Quæ ſe contingunt in ſe invicẽ agunt & reagunt.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

tem, quæ conſervãtur, & nutriuntur, quatuor
Septima ratio. elementa inſunt. Denique, hoc confirmat, uniuſcujuſque ultimum, & reſolutio. Ex tot enim, unumquodque conſtat, in quot reſolvitur. Sed concreta, reſolvuntur in quatuor elementa, aut quidpiam proportionatum, ut cuivis experiunti ad ſenſum, manifeſtũ erit. Quare unumquodque, ex quatuor elementis cõſtabit.

Cap. XII.

Qualis concreta ſit generatio cúm elementum ex elemento gignitur.

Tranſitio. Hactenus, ad perfectè concreta, quæ requirantur declaratum: de imperfectè concretis, jam dicendũ. Circa autem præſentem
I. quæſtionem, coincidunt hæc quatuor. Primo: quomodo unum elementũ immediatè poteſt
II. generari ex alio. Secundó, quo pacto elementa, quæ conveniunt in una qualitate, faciliús ad
III. invicem tranſmutentur. Tertió, qua ratione, ex duobus elementis, non habentibus ſimilitudinem, in qualitate, generari poſſit tertium.
IIII. Quartó, qualis ſit concreta generatio, cúm elementum, ex elemento gignitur. Quorum elucidatio, quæ, de præcipua quæſtione, inquirenda ſunt, reddit clariora. Ad primam autem, ut
Explicatio quæſtionis primæ. reſpondeatur, tenendum: Cúm generari ex elemento, aliud dicitur, non ſic accipi, ac totum elemen-

elementum, transformatione quadam, in aliud
traduci deberet: ita enim tota elementa de na-
tura tollerentur, & numerus deficeret: Sed mu-
tatio, intelligenda eſt, de partib. elementorum.
Ut cúm transfertur portio terræ, ex portione
aquæ, vel ex aëris parte, aqua. Ad quæſtionem
veró reſpondetur, hoc fieri, ob majorem virtu-
tem elementi agentis. Ad talem autem muta- *Tria requiri*
tionem requiruntur hæc tria. Primó, ut unum, *ad iſtã mu-*
alterũ tangat, cujus ratio prius reddita. Secun- *tationem.* I.
dò, ut unius virtus fortior ſit virtute alterius, II.
aliás alterum, non eſſet efficax, in alterũ. Tertiò III.
ut agant, & patiantur mutuo. Sit hujus exem-
plum, in ipſis elementis. Putetur terram, quæ *Terra ſicca*
aliás ſicca eſt, & frigida, contingere aquam, quæ *& frigida.*
humida eſt, & frigida: aqua, quatenus humida, *Aqua humi-*
aget in terram, deſtruendo ejus ſiccitatem, con- *da & frigi-*
traria ſuperinducta humiditate: abſente autem *da.*
ſiccitate, corrumpitur forma terræ: rurſum in-
ducta humiditate, inducitur forma aquæ. Ergo,
ex terra elemento, fit elementum aqua. Idem
cõtinget, cúm ſibi repugnent elementa, ſecun-
dum utramq. qualitatem: ut cúm aëris portio,
attingit portionem terræ: nam aër in quantum
calidus, deſtruet frigiditatem terræ, in quantum *Aër calidus*
humidus, corrumpet ſiccitatem ejuſdem, in- *& humidus.*
troducetque caliditatem, & humiditatem: Sed
calidum & humidum elementum eſt aer, ita-
que, terra, in aëtem tranſmutabitur. Eadem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Explicatio ſecundæ quæſtionis.

ratio eſt in aliis elementis. Ad ſecundam verò (quæ quærit cauſſam, cur elementa, citius in ſe invicem tranſmutentur quæ in qualitate cõveniunt, quàm quæ non) reſpondetur: Fieri hoc, á minori reſiſtentia, & majori cõvenientia: nam quæ elementa, ſecundum unam qualitatẽ conveniunt, cùm ſe contingunt, unumq. in alterum agit: tum quia pugna eſt, ſecundum unã qualitatem tantùm: fit, ut facilius ſuperetur, id quod reſiſtit, quàm, cùm ſecundum plures diſſident. Hoc apparet, cùm terra trãſmutatur in aquam, & cùm in aërem. Ut in aquam tranſeat, opus eſt tantùm, ſiccitas terræ, in humiditatem convertatur: nam in frigiditate conveniunt. Sed ut terra, fiat aër, opus eſt, trãſmutetur ſiccitas terræ, in humiditatem aëris: & frigiditas, in caliditatem ejuſdem. Fit & hæc minor reſiſtentia, non tantùm, ob convenientiam qualitatum, in elementis: ſed etiam, ubi pugnant qualitates: verùm ob inæquales gradus, una cedit alteri, ut fit, cùm in magnam flammam, injicitur aquæ gutta, hìc, citò, aqua, ob imbecillitatẽ reſiſtendi, convertitur in ignem: qui tamen, eſt ſecundum utramque qualitatem, contrarius aquæ.

Explicatio quæſtionis tertiæ.

Tertia quæſtio (quæ quærit cauſſam, cur duo elementa, ſecundũ qualitates, non convenientia, conſtituere poſſint tertium) ſic diſſolvetur: fieri hoc, & actione, duorum elementorum, inter quæ convenientia non eſt: & etiam actione

tertii,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

tertii, ex iis conſtituti. Primũ, apparet in aqua, *Ratio*
& igni, ex quibus fieri poſſet terra: nam cùm *1.*
ignis ſiccitas, poſſit ſuperare aquæ humidita-
tem, introducet in eam, ejus vice ſiccitatem.
E converſo, cùm aquæ frigiditas, ſuperare poſ-
ſit ignis caliditatem, calor non amplius erit. Sed
frigidum, & ſiccum, terram conſtituunt, utpo-
te ejus propriæ qualitates. Ergo ex igni, & aqua,
propria quadam ipſarum actione, poteſt gene-
rari terra. Alterũ conſtat, ex aëre, & terra ad- *Secunda ra-*
junctis igni, majoris quantitatis. Contrarium *tio.*
evenit in iis, quæ una qualitate conveniunt: ea
enim, ſuo concurſu, tertiũ producere non poſ-
ſunt, propria ipſorum actione. Ut ignis, & aër,
conveniunt in caliditate, cùm verò calor idem
ſit, unius calor, alterius non corrumpit. Quare
per ea, nec aqua, nec terra conſtituitur. De aliis
eadem eſt ratio. Idem obſervandum eſt, cùm
ex tribus, quatuor elementa generãtur: corrum-
pitur enim, aliorum forma, manentibus quali-
tatibus quarti. Quarta quæſtio (quæ fuit, cùm *Explicatio*
iſte modus generationis, á ſuperiori, in qua ſi- *quæſtionis*
mul permanent, omnia quatuor elementa, ſit *quartæ.*
diverſus, quo nomine, proprié vocãdus ſit,) ſol-
vi poteſt, mediam ſtatuẽdo, quandá generatio-
nem, inter duas ſupradictas: nam iſta neq. ſim-
plex dici poterit, ſiquidem, in ea, plura corpora
compoſita, concurrunt: quæ, in ſimplici gene-
ratione, non ſunt: neque concreta, perfecté po-

 terit no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

terit nominari: cùm ea ſit, ubi perfecta mixtio, ex omnibus quatuor elementis. Quare, vocabitur imperfectè cócreta: cùm ex utraque, tam ſimplici, quám concreta, aliquid mutuetur. Ex ſimplici, quòd ſine mixtione ſit: ex concreta, quòd in ea, plura eleméta concurrant, quæ ſunt corpora. Diſtinguenda tamen hæc eſt, á generatione meteororum, imperfecté mixtorum, in his enim utrumq. elementū manet: in iis non.

Cautio.

CAP. XIII.

De mixtione quo modo ſit in concreta generatione.

Mixtio quomodo ſit.

ALTERUM, per quod diximus fieri concretam generationem, eſt mixtio. Elementa enim, vel plura, vel in aliis compoſitis, cōfuſa, commiſceri oportet: ut concretū, inde exoriatur. Ut autem cōmiſceantur, ſeſe invicem contingant, neceſſe eſt, & ut mutuò agere, & pati poſſint. Diſtracta enim, & diſſoluta, ad aliquid aliud, ex iis conſtituendum, nunquā concurrent. Itaque, uno loco ſunt elementa, quæ concretum componunt. Nam mixtionem præcedit ingredientium actio, in qua, reliqua vincuntur, & ad mediocritaté reducuntur unius, quod temperatū eſt, ex omnibus. Quod quidem, ex eo apparet, quòd ſi conjuncta fuerint elementa, inæqualium actionum, ob differentes virtutes, mixtum non orietur: ſed quæ potentiora,

Ingredientiū actio præcedit mixtionē.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

tentiora ſunt, in ſe reliqua convertent. Ut cúm in flammã ardentiorẽ cyathus aquæ conjicitur: exſuperantia ignis in ſe cõvertit aquã. Ubi veró, æquali potentia, concurrunt, alterant quædã, ut activa: quædã alterantur, ut paſſiva. Et ex utriſque remiſſis, oritur quiddam, quod differens eſt, ab omnib. ingredientibus; hoc eſt, quod neque ſimpliciter calidum eſt, neq. frigidum, neque humidum, neque ſiccum, ſed temperatum quiddam, ex omnibus, veluti eſt caro, os, aut ſimile aliquid. Ex his definiri poteſt mixtio, miſcibilium alteratorum unio: aut eodem ſenſu conſenſus pugnantium qualitatum, una forma compoſitarũ. Qua definitione, tria mixtis, attribui videntur. Primó, quód in eis miſcibilia, actu, non remaneant: in lapide enim, ignis, aqua, terra, & aër, quæ ſunt miſcibilia, per quæ lapis eſt compoſitus, actus ſuos amplius nõ habent, ſed contemperantur omnia æqualiter in lapide. Quo attributo, diſtinguuntur mixta alterata, ab aliis mixtis, non alteratis. Mixtio enim, varia ſignificat: ut cumulationẽ plurium rerum diverſarum, retinentium proprias figuras: quo pacto, mixta ſunt grana hordei, immixta granis milii, ſiliginis, aut alterius frumenti. Et compoſitionem, plurium liquidorum: quomodo, conjuncta aqua, & vinum, mixta vocantur: Item confuſionem: ut cúm aromata, in mortario, aut frumenta molari confringuntur.

Mixtio quid ex lib. 1. de Ort. cap. 10.

Requiſita mixti tria. I.

Significata mixtionis. I. II. III.

In quibus omnibus, commixtorum formæ, ſeu actus manent. At, cúm ad formam unam, ſubſtantialem, conſtituendam mixtio, plurium fit, actus ingredientium, non amplius manent.

Secundum requiſitum mixti.

Secundó, indicat definitio, mixtis convenire, ut licet miſcibilia, actus ſuos, non ſeruent: virtutes tamen, & potentias, retinere. Ut licet in lapide, actus terræ, non conſpicitur: frigiditas tamen, & ſiccitas, quæ ſunt propriæ terræ qualitates, remanent. Et de aliis, idem eſt intelligendum.

Tertium rèquiſitum mixtionis.

Tertió, oſtendit mixtis attribui, ipſa adinvicem componi, ſub forma, & ratione alicujus totius: poſtquam enim cõmiſcentur, ſimul cohærent.

Cohærentia quomodo eſſe poteſt.

Cohærentia autem, non poſſet eſſe, niſi qualitates mixtorum, pugnantes, temperarentur: quare omnes, in mixto eſſe, gradibus remiſſis oportet. Hæcque tria attributa tribus particulis definitionis innuuntur. Primum particula (miſcibilium) Secundum (alteratorum) Tertium (unionis.)

Ex tribus ſupradictis attributis mixtus diſtinguitur ab omnibus mutationis ſpeciebus.

Quibus etiam tribus diſtinguitur mixtio, ab aliis mutationis ſpeciebus.

A motu vocal.

A motu locali, primum, extra dubium omnes particulæ diſtinguũt:

Ab augmento quare.

Ab augmento verò, diſtinguitur: quod in mixtis, miſcibilium actus, non remaneant: in augmento veró, remaneat actus corporis aucti: licet corrũpatur illud, per quod augmentum fit.

A generatione quare.

A generatione differt, quia in generatione, forma accedẽs ad materiam, cum ea non commiſcetur: ſed in mixtione, miſcibi-

lia ſine

lia ſine diſcrimine, ſibi invicem admiſcentur. A corruptione autem, quod nullũ miſcibilium perit, aut corrũpatur: illic adveniens nova forma, veterem deſtruit.

A corruptione quare.

Separatur denique ab alteratione, quód cúm alteratio fit, qualitates per quas fit alteratio, non commiſcentur, cum ſuis ſubſtantiis: ut cúm alteratur manus nigra, in albam, albedo, non commiſcetur, cum manu. Sed miſcibilium actus non remanent, ut ſupra dictum, ſed cõjunctæ, ad mediocritatem temperatam, ſolas virtutes relinquunt: de quibus apertius dicetur ſequenti libro. Hæcque eſt ipſa mixtio.

Ab alteratione quare.

Miſcibilia autem quæ ſint, jam videndum, & quid ea operentur: nam cúm mixtio ab iis pendeat, ad eam plus luminis afferent. Miſcibilia quidem ſunt, quæ contraria ſunt: inque ſe agere & pati poſſunt: qua facultate, quia prædita ſunt elementa, miſcibilia recté nominari poterunt.

Miſcibilia quæ nam ſint.

Primum genus.

Poſt hæc, facilé miſceri poſſunt, quæ parvæ quantitatis ſunt. Talia enim, iuxta ſe poſita, facilius ſeſe alterant, & tranſmutant, quám quæ majora ſunt: tardius enim magnæ quantitatis, ſeſe ſuperant.

Elementa recte nominari poſſunt miſcibilia.

Secundum genus.

Adduntur his, rara, quæ patentia ſua, ad recipienda ſolida, vel complentia, faciliora ſunt, cõpactis.

Tertium genus.

Præterea, minus per ſe conſiſtentia, magis ſunt miſcibilia, fortioribus, & magis conſiſtentibus: requirunt enim hujuſmodi aliud, per quod ſuſtententur, & foveatur debilis in ipſis virtus: alia quaſi ſuis locis

Quartum genus.

Quintum genus.

fixa, omni adventitio reſiſtunt. Deniq. miſcibilia ſunt, activa, & paſſiva, ductilia ob ſimilem aliquam qualitatem: nam valde reſiſtentia, & inductilia commiſceri non poterunt. Quibus omnibus oppoſita, difficulter miſcibilia ſunt. Reſtat tãdem videamus, quid operentur miſcibilia: ita mixtioni, quantum ad præſens inſtitutum, finis imponetur.

Mixtum oritur temperata mediocritate effectus.

Ex iis, rectè, & cum proportione conjunctis mixtum oritur, temperata mediocritate effectus.

Quando pugna qualitatum deſinat in miſcibilibus.

Non enim deſinit pugna qualitatum, in miſcibilibus, dum in omnibus, remiſſi gradus, ad naturæ rei convenientẽ conjunctionem, proportionentur.

Quæſtio & eius reſpõſio.

Unde ergo quæres tam multiplex rerum mixtarum, facies? ſi una, in omnibus temperatura, & mediocritas? Dicere ideo fieri poſſimus, quia non ſimiliter, qualitates hæ, in omnibus, æquantur: ſed mediocritatis hujus, ſunt gradus varii, ſecundũ varia ſubjecta.

Unde æqualitas elementorum.

Nam mediocritas hæc, ſeu æqualitas qualitatum, in mixtis eſt, quod ita conveniant elementa, ut unum, non ſuperet, aut corrumpat alterum. Hæc autem ſecundum varia ſubjecta, variis fit modis: nam ex una contemperantia caloris, cum frigido, humido & ſicco, generatur caro: ex alia, os: alia, nervus & ſimilia. In eademque carne, nec hæc ipſa, uno modo contemperantur.

Diverſa tẽperatio.

Diverſa enim temperatio eſt, horũ in carne humana, & in equina, ſuilla, & cervina. Et in humana, hæc nõ omninó con-

veniunt,

veniunt, ſed ſecundum varias hominum complexiones, varia: in melancholico , major ſiccitas eſt: in cholerico, major caliditas : in ſanguineo, plus aëris, in phlegmatico, plus aquæ. Deſcende rurſum , in horum unúquemque; & invenies , adhuc eos diſcrepantis temperaturæ. Omnes enim , æqualiter melancholici , non ſunt: nec æqualiter cholerici: ut nec pari gradu, phlegmatici, & ſanguinei. Itaq. cúm operentur miſcibilia, ſua actione, & paſſione temperata convenientes rerum compoſitarum formas: tamen inæquali graduum conditione, in omnibus hæc producunt. Hæc ſunt, per quæ, fit generatio, tam ſimplex, quám concreta. Forma veró, ſeu modus, quo hæc , in generationibus concurrunt, jam hoc ſequenti libro expedietur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

DE GENERATIONE IN COMMUNI,

LIBER II.

Cap. I.

Differre quæſtionem de generatione, quoad materiam, & quoad formam.

Expoſitis iis, per quæ fit generatio communis, quomodo ex iſtis conſtitutis generatio oritur, deinceps dicendum. Quod quidem, quanquam difficillimum Naturæ totius ſecretum (actiones enim naturæ noſſe datum eſt; ſed modos cauſaſque earundem, abditum & latens plané eſt) tamen, quia totius Naturæ jucundiſſimum, & ob inuentionem cauſſarum abditarum utiliſſimum, aggrediar. In quo candidus lector, ſi conjecturas multas videat, quas vulgus philoſophantium non cepit, recordari debebit & rei difficultatis, quæ acutiſſimos ab eadem materia tractanda abſterruit: & rerum multitudinis, quarum conſideratio huc pertinet. Licet enim forma Naturæ, ſeu, ut dicam, formatio naturalium hîc tractetur: (quæ ſolùm extrinſecum reſpicit ejuſdem modum) tamen pleræq. rerum naturalium quæſtiones iſtuc pertinent: ut nihil ſit

Vtilitates doctrinæ.

feré

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

feré in Naturæ doctrina, quod non huc referri
poſſit. Ne autem, extra inſtitutū generationis,
hæc afferre videamur, primo diſtincti eſſe ne-
gotii á ſuperiori, de generationis materia tra-
ctatu, probabimus: poſtea, de quibus agendum,
monebitur. Ex his autem apparet, differre quæ-
ſtionē generationis quoad materiam, & quoad
formam. Ordo, in cognoſcenda generatione,
hoc evidenter demonſtrat. Nam veluti totum *Prima ratio.*
compoſitum, ex materia & forma, á ſenſu co-
gnoſcitur confuſé, dum per partes diſtinguat
formam, (quæ quaſi continet materiam) ab ipſa
materia (quæ continetur) & ſeparata ſimplicius
pernoſcit: ita cúm in generationis notitia mo-
tum totum conſideramus, perturbata notione
ſcimus, quod diſtinguamus materiá (per quam
generatio) á forma, quam generatio inducit.
Hoc oſtendit & naturalis horum in generatio- *Secunda ra-*
ne ſeparatio. confuſé enim hæc duo non intro- *tio.*
ducuntur generatione, ſed oportet præcedere
alterationem, quæ præparat materiam ad for-
mam recipiendam: póſt ſupervenit ſubſtantia-
lis forma, ultima compoſiti perfectio. Idem de- *Tertia ratio.*
clarat eorum, quæ generationem conſequun-
tur, ordo. A materia, eſt ratio loci, perpetuitatis *A materia*
rerum, paſſionis, & ſimilium: á forma, eſt ratio *quæ.*
corruptionis, circumſcriptionis, actionis, & hu- *A forma quæ.*
juſmodi : quare in generatione conſideratio
materiæ & formæ diſcrepabunt. Finge inſuper *Quarta ra-*
tibi *tio.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

tibi inveniendam eſſe generationem, an non? principió primum quærendum & ultimum; ſeu incipiens & finiens? & ut hæc conveniant, media ſine dubio tibi excogitanda, (vt prius monitum in generationum inventione) per quæ iſta copulentur, ut actio, paſſio, tactus, miſtio, quæ omnia pendent á materia & forma. Reſolve etiam, ſi lubet, utrumque, aut potius per ea, doctrinam de generatione, & apertum erit, quantum de generatione quæſtio utriuſq. diſcrepet reſpectu. Explicantes generationem à materia, á minimis principiis, conſtituentibus generationem, exordium ſumant: ut primo libro factum. Sed ſi contingat á forma explicare, á compoſito pergendum ad minima. Huic ipſi ſuffragari videtur Ariſtoteles, qui lib. Acroa. 5. generationem á materia (á motu enim illic definit) deſcribit. 1. verò de Ort. cap. 4. á forma. quod ut expreſſius conſtet, eam á forma hoc loco definiri, declaremus. Ait eſſe mutationem totius, nullo ſenſili remanente, ut ſubjecto eodem. Per totum hîc intelligit, non ita integram mutari, ac ſi res tota intereat, nulla ſervata parte: ſed totum accipitur, pro integritate ſubſtantiæ cujuſque corporis naturalis, quæ quidem ex omnibus partibus conſtat, & potiſſimum ex ultima forma, quæ alias omnes continet: ea enim adveniente res perficitur, & rurſum paulum mutata permutatur. Hacque particula

Quomodo progrediendum in generatione.

Phyſ. 5.

1 de Ort. cap. 4.

Alia generationis definitio.

Explicatio definitionis.

Quomodo totum accipiatur.

particula forma generationis diſtinguitur á forma alterationis. Alterationis enim forma, per mutationem qualitatum fit, quæ accidentia ſunt: generatio verò fit, mutatione formæ ſubſtantialis, qua tota ſubſtantia ſuam denominationem accipit. Conveniunt itaque generatio & alteratio in hoc, quòd utrobique ſit mutatio formæ: item, quòd utrobique reſervetur ſubjectum, ſeu materia: ut enim in alteratione ſubjectum ſenſile permanet: ita in generatione materia non mutatur, licet forma nova introducatur. Sed differunt á ſe, quòd alteratio ſit mutatio formæ accidentalis, generatio formæ ſubſtantialis. Altera particula definitionis, (nullo ſenſili remanente ut ſubjecto eodem) aliud innuit diſcrimen, inter generationem & alterationem, reſpectu utriuſque ſubjecti: nam prius diſcrimen fuit reſpectu termini ad quem, ſeu formæ. In alteratione, idem ſubjectum ſenſile non manet: utut enim elementa in generatione concreta, & in ſimplici materia prima maneant, ſicut ante generationem; tamen, quia & iſta aliam recipiunt rationem, ob alterationem, & illius potentia & aptitudo longé alia, ac prius fuit, eſt: fit, ut utrinque dicatur, non manere idem ſubjectum ſenſibile. Definitionem autem generationis eſſe ob formã, convincit particula (totum) primò, quæ tantúm formam reſpicit: nam materia in generatione non mutatur, ſed perma-

Forma generationis diſtinguitur á forma alterationis.

Quomodo conveniant generatio & alteratio.

Materia non mutatur in generatione.

Quomodo differant generatio & alteratio.

Aliud diſcrimen.

Idem ſubjectum ſenſile non manet in alteratione.

Definitio generationis eſt ob formam.

Prima ratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

permanet, ut prius. Itaque totum tantúm reſpiciet formam generationis. Unde quoque dictum, formam generationis & alterationis hac particula diſtingui. Deinde, & ad formam generationis pertinere, indicat definitionis pars, (eodem ſenſili non manēte ut ſubiecto.) Nam, ad materiam præparatam accedens forma, ita priorem ſubjecti habitum mutat, ut pro eodem ſubjecto ipſum non haberi efficiat. Hoc confirmat & generationis diviſio, quam eodem capite Philoſophus affert, Quód generatio quędam ſit ſimplex, quam ſubſtantialē vocat: alia ſecundum quid, quam accidentariam vocat. Utraque enim formam reſpicit, & eſt veluti id, quod ea ſuſtentatur. Quare, bono propoſito, ne quid deſit ad generationis perfectam cognitionem, (explicata generatione ſuperiori libro, quoad materiam, ſeu ingredientia) hoc libro, quomodo ea concurrunt, declarabitur. Vbi quodammodo forma generationis explicabitur: non quidem ut eſt ſeparata, quopacto eſt Metaphyſicæ conſiderationis: ſed quatenus concurrunt in generatione, forma & materia, ad conſtituendum totum. Itaque in genere primúm de ea agemus: poſt applicabimus ad ſpeciales generationes, ut prius factum.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

CAP.

CAP. II.

De modo generationis in genere.

PROBATO hoc, differre quæſtionem de generatione, quoad materiam, & quoad formam: reſtat ſermonem de modo, ſeu forma ejuſdem, faciamus. Eo tamen id facturi inſtituto, quo ejuſdem materiam prius pertractavimus: generali nempe inquiſitione, non applicata ad ullius viventis, aut animalis particularis conſiderationem. Vnde veró veniat forma, ambigitur inter Philoſophos. Proficiſci vulgó putatur, á generantibus: ſpecies ſiquidem & ſimilitudo, ad agentes & immittentes pertinet. ut probant artifices, quorum cogitatis & phantaſiis imaginum figuræ gubernantur. Item ſobolis, & producti cujuſcunque cum producente conformitas. Ad genus profectó, ſeu ſpeciem rerum conſervandam, producens facit: ut de ſua materia tale compoſitum excitet: ſed cúm magna plurium ex eodem diſſimilitudo, ut & nonnunquam, aliqua genus, ſeu ſpeciem exorbitent, alia quærenda cauſſa videtur, quæ & conformet, cúm producentia quædam ſuas operas accommodarunt, & deſerat quædam, quæ fallunt. Vt indies fieri videmus, licet ſemen ſit, non tamen fœtum ſemper enaſci. Ea quidem videtur eſſe, quæ & formam in corpore conſervat, & eam relinquendo, corrumpit, ſuperio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ſuperiorum conſpirans cum agentibus virtus.

Aſtra non communicāt tantum internas facultates.

Aſtra gubernant qualitates.

Non enim tantū internas facultates aſtra communicant, quæ actiones regunt: ſed etiam iis referenda eſt extrinſeca delineatio. Ipſa enim qualitates gubernat, & ab his totius temperata compoſitio. Videmus tamen agentes nihil efficere, niſi debité præordinentur ea, per quæ generatio fit: nam ut generantes aliquid producant, per quod producant, adeſſe oportebit, (de

De nihilo nihil generatur. Quodvis non generatur ex quovis.

nihilo enim nihil generatur) idque, cúm non quidvis eſſe deceat, (nam ex quovis, quodvis non generatur) ſtatuenda quædam alia forma, quæ viam præſtet ad eam, quæ introducenda eſt. Quæ quia per advenientem eijcitur, ei contraria ſentienda eſt: ut contrarium ex contrario gignatur. Hæcque forma prævia, re-

Forma generationis habet á cauſſa efficiente initium, aptitudinem á materia, á forma alia quæ eam præceſſit in materia limitationem.

Forma hæc tria recipit.

ſpectu præcipuæ formæ, ſubſtantialis non eſt, ſed ad materiam pertinet: in ſimplicibus quidem, adveniente alia nova, omninó deperditur: ſed in concretis, cum materia cōmiſcetur. Itaq. forma generationis habet á cauſſa efficiēte initium, tanquam á primo movente mobile: á materia aptitudinem: á forma autem alia, quæ eam præceſſit, in materia limitationem. A quibus, forma hæc tria recipit: ut rei eſſe det: ut
I. ejuſdem pars ſit, ſimulque cum ea exiſtat: ut
II. ea incipiente, incipiat; diſcedente, diſcedat.
III. Atque hæc ſunt, unde forma eſt: quidnam veró ipſa ſit, jam inveſtigabimus. Proportionem

Vt Pythagoras.

eam

eam quidá vocant ſimplicium, ingredientium generationem: quopacto eam cupiunt á materia, parum differre: parum enim intereſt inter plurium conjunctionem, & ipſa conjuncta: ut & confundant cum aliis ſpeciebus mutationis: proportio enim relicta poſt alterationem, alterationis forma eſt:& ſi ſit proportio, improportio erit, re pereunte: & proportione accedente res informabitur: quorum utrumque ſenſus judicio reprobatur. Nec etiam vocāda eſt idea. Separata enim illa á rebus exiſtere debet, & pereunte generato, ea quonam migrabit? Neque ſimiliter anima eſt. Metaphyſica enim illa forma eſt, quæ in corpus informatum deſcendit: eam enim 45. die, poſt conceptionem, (quo tempore fœtus perfectus eſt) corpus ingredi, Medici affirmant. Hîc autem phyſicam formam quærimus, & eam quæ ipſum corpus perficit. Melius ea vocari poteſt illud, quod vltimó alterat materiam: quod aliquid per ſe, á materia ſeparatum eſt, & tamé rei conſtituit eſſentiam, nec ut proportio ingredientium, nec ut idea movens, nec ut anima vivificans. Huic certé ſoli illa tria, quæ formæ prius attribui diximus, recté attribuuntur. Rei enim hæc eſſe dat: &, cúm ſit ejus pars, ſimul cũ ea exiſtit: &, ea incipiéte, res incipit; diſcedéte, diſcedit. Aliorũ veró nulli hæc pariter conveniunt. Probant inſuper, hanc veré vocari formam, conditiones definitionis

Forma generationis non eſt proportio ingredientium eam.
Prima ratio.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Quarta ratio.
Vt Plato.
Prima ratio.
Nec eſt anima rationalis.
Ratio ſecunda.
Qualis forma hic quæratur, & quomodo vocari poſſit.
Conditiones definitionis generationis probantes hanc eſſe veram formã.

tionis generationis, á forma: (quód ea totum
Ratio prima. im mutet, & quód nullum ſenſibile, ut ſubje-
ctum idem, maneat) nam á tali forma totum
denominatur: ut meritó totum mutare dici
poſſit: quæ enim mutata ſuperſunt, ea ſic alteri
formæ copulata ſunt poſt generationem, ut
illius propria dicantur, & ad nihil aliud perti-
nere videantur, non aliter quám quæ occultata
quodam capaciore continente, quia latent &
Secunda. abſconduntur, ea tota abeſſe dicimus. Adhæc
in generatione ſubſtantiali, cúm materia ea-
dem remaneat, quæ prius: forma tamen adve-
niens, accidentia, & ea quæ retinentur ita per-
mutat, ut ſi compares illud, quod jam eſt,
quodque priùs fuit, ſenſus dicat, unum ens eſſe,
Attributa generationis ex forma. alterum non ens. Unde ſunt illa, quæ á forma
generationi attribuuntur, quod ſit generatio
I. productio entis, ex non ente: & quòd generatio
II. unius ſit corruptio alterius: & quòd unius actus
III. alterius perimat. Quæ omnia, ſeparatis quæſtio-
nibus, præſtat inquirere, antequam hanc gene-
rationis formam, in ejus ſpeciebus, videamus;
cúm tantúm conducant ad formæ, quam quæ-
rimus, cognitionem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

CAP. III.

An generatio producat ens ex non ente, an non?

OCCASIONEM huic quæſtioni præbet vocabulum (totum) quod in definitione generationis ſupra recenſuimus. Nam cúm dicat, totum interire, & totum generari, innuere videtur, nihil rei corruptæ remanere in genito, ſed generatum ens, quaſi ex non ente produci. Hoc veró ſi locum habeat, concedenda profectó & hæc pari ratione, Ex nihilo aliquid fieri, & ex aliquo aliquid. Unde non ens erit aliquid, & quidlibet ex quolibet fiet. Nam ſi non præordinatæ ſunt generationes, concedi poteſt, quidlibet ex quolibet fieri: & ſi ex non ente ens fiat, materia non præexiſtit, ſed illa ſimul cum ſuo toto generatur, & corrũpitur. Quod quidem, ne veteres concederent, dicere maluerunt, generationes non eſſe: ſed alterationem ex materia actuali rerum omnium: ad quam accedentes formæ, eam per partes dividerent: ut una homo eſſet, alia aſinus, alia canis, alia lignum: horumque unumquodque, tantúm differret figuratione. Alii figurationem non admiſerunt, ne tamen vocaretur generatio, indiderunt alia nomina, congregationem & permixtionem: ut cúm quid generaretur ex multis ſimul principiis congregatis, exiſteret generatum;

Occaſio quæſtionis.

Dubia ex quæſtione tria.

Cap. 2. lib. 1. de Ortu.

Error antiquorum negantium generationẽ. Parmenides & Meliſſus.

Aliorum error qui congregationem et permixtionem eſſe voluerunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Democritus. Leucippus. Anaxagoras. Plato.

ratum; ſegregatis corrumperetur. Democrito
& Leucippo, ex corporibus atomis. Anaxagoræ,
principiis homogeneis. Platoni, multis punctis.

Zimara & eius aſſeclæ.

Recentiores, definitionem ſupradictam non
generationis cujuſlibet, eſſe voluerunt, ſed ſim-
plicium: quaſi ea ſola tota permutarentur, &
in iis ens, ex non ente fieret (materiam enim,
quæ ſupermanet, non ens eſſe affirmant) com-

Ratio probãs ens ex nõ ente generari.

poſitorum veró non. Verúm, ens ex non ente
generari, comprobat quotidiana rerum produ-
ctio: ubi ſubſtantias de novo fieri videmus, &

Contrariorũ eadem eſt ratio.

corruptio, vice verſa, in non ens. nam contra-
riorum eadem eſt ratio: ut ſi corruptio ab ente,
in non ens ſit, generatio, á non ente, in ens quo-
que erit. Rurſum, ſi ex ente generatio eſſet, tum
res, prius quám ſit, eſſet, nec periret aut corrum-
peretur. His contrarietatibus media quædam
invenienda via, quæ inter ens & non ens quid-
dam neutrum ponit, quod partim ſit, partim

Significata non entis. 1. lib. Phy. cap. 8. & 9.

non ſit. Nam non ens uſurpatur dupliciter: pro
non ente, quod nihil eſt, inque natura nullo
modo exiſtit. Quod quidem naturæ ita eſt ini-
micum, ut eam tollat: proinde prævidit, ut ne-
que ſit, neque fuerit, nec futurum ſit, ſpolia-
tumque ſit omni potentia; quale nec animus
quidem capit; ut, quod eſt oppoſitum mundo,
extra ipſum & ejus partes. Aliud eſt non ens,
quod quidem aliquid eſt naturâ, nondum ta-
men in ſuo actu: taleque vocatur non ens, quód
nondum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

nondum ſuum actum exerceat; ſed ob aliquod extrinſecum impeditur, quo ſublato, ſuum actum facilé exercere poteſt. Hocque non ens eſt ſecundum quid, nempe ob impedimentum, quo actus ejus detinetur. Alterum non ens ſimpliciter tale eſt, & ſine adjectione. Pariter ens duplex eſt, quoddam, quod actu exiſtit, & perfectum eſt in ſuis accidentibus. Alterum, quod nondum perfecté eſt, ſed impeditur in ſuis circumſtantiis. Hac præmiſſa diſtinctione ad quæſtionem reſponderi poteſt. Ens ex non ente fieri, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid. nam ex nihilo nihil fit. Id autem, quod in generatione vocamus, non ens ſecundum quid, eſt materia, quæ nondum eſt ens illud, quod introducendum eſt: non tamen ipſa nihil eſt. ſemper enim formæ alicui ſubeſt, quam ſuſtentat, tanquam ens ſuum actum. quæ poſtea cúm advenit nova forma, á qua dicitur generatum ens, expellitur. hocque eſt, quod dicitur ens ex non ente generari. Ex his manifeſtius eſt quomodo totum mutari dicatur. Non quód omnes partes immutentur, (tum enim materiam primam interimi oporteret, quæ tamen manet) ſed quód actus totius alius ſit ab eo, qui prius. Nam prius in alio diverſi generis actu materia fuit. Hic autem actus totum vocatur, quia eſt illud præcipué, per quod res eſt: eo enim ſublato, res non amplius exiſtit illius generis. Forma enim

Diviſio entis.

Reſponſio ad quæſtionem.

Materia ſemper formæ alicui ſubeſt.

Explicatur totum in definitione generationis.

hominis, totus homo, ideo dici poteſt, quia ea pereunte, perit homo: ut in cadavere conſtat, quod homo amplius non eſt. Reſtat ut dubia reſolvantur, quæ huic ſenſui obſtare videbuntur.

Solutio primi dubii: Ad primum reſpondeo: ex nihilo nihil fieri, intelligendum de nihilo, quod non ens comprehendit ſimpliciter, non de eo, quod attinet, ad non ens, ſecundum quid. Vnde cúm dicitur nihil eſſe aliquid, ad nihil reſpectivum referri debet, ut ad materiam. Ex qua præordinata, in generatione, compoſitum non tollitur, ſed potiùs ſtabilitur. Nam cúm ex diſpoſita, ad ſe recipiendum materia, forma producit compoſitum, quæ in ea prius non extitit: melius agere natura videtur, & ordinatiùs, quám ſi nullam materiam, prçmiſiſſet. Itaque ubi materiam veteres confunderunt, coacti ſunt affirmare, quidlibet, ex quolibet fieri. Manet ergo materiam, in generatione, (quæ etiam prius ante generationem fuit) ſimpliciter non ens, nõ eſſe, ſed ad aliquid, reſpectu formæ, nempe quæ ad eam advenit. Iam manifeſtum quibus aliorum ſententiæ erroribus ſint refertæ. Parmenidis quidem & Meliſſi imprimis qui generationem ſuſtulerunt.

Refutatur primus error. Sua enim illi ſententia, in eadem forma, res æternùm conſtitutas eſſe, probant: ſicut Socratem non interire, ſed in perpetuó, talem permanere volunt. Quod ſenſus convincit falſum eſſe. Aliquando enim de Socrate, verum eſt dicere,

cere, non fuiſſe: & verum erit aliquando, ſi dicatur Socrates non eſt, cùm nempe cadaver eſt. Eorum autem opinio, qui plura principia generationis ſtatuerunt, deſtruitur 1. Phy. ab ipſo Philoſopho. Iam contra id, quòd congregatione res generari voluerunt hoc unum dicam. Dum congregantur plura, ad aliud conſtituendum, quod ſimplex exiſtebat, tũ profectò, conſtituitur quoddam, quod prius non fuit: multa enim grana, ſuis diſtincta prius locis, in uno, poſtea confuſa, eundem non obtinent actum, ac prius: nec mole, nec numero, nec figura. Quare cõgregatio iſta plurium, nihil aliud eſt, quàm entis ex non ente productio. Quamobrẽ conſtare poteſt, generationis definitio, ſuprà tradita: idque nomine omnis generationis ſubſtantialis tam ſimplicis quám concretæ. Contra Zimaram, qui ſua interpretatione, materiam, quæ in generatione ſimplici permanet, non ens conſtituit: nam cùm totum, mutari debeat, (ſecundum eum, ex omnibus partib.) dabitur etiam, mutari materiam primam, & cum ſua forma perire.

Refutatur ſecundus error.

Refutatur tertia opinio.

Cap. IV.

An generatio unius ſit corruptio alterius.

SVPEREST altera pars, definitionis explicanda (nullo ſenſibili manente ut ſubjecto eodem) quæ verba dura planè & naturæ incom-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

moda eſſe videntur. Nā ſi in generatione nullum ſenſibile maneat, ut idem ſubiectū: ſequi oportet, unius generationem eſſe alterius corruptionem: item, ex alterius corruptione, alicujus dari generationem. Quæ, an vera eſſe poſſint, & in quibus locum habeant, ſigillatim videndum. Et primū quidem ne eſſe poſſit, contradicit horum natura, quæ cùm contraria ſint, non eſſe idem poſſint: eſſent verò idem, ſi generatio unius, eſſet corruptio alterius. Secundò impedire videtur, quód in miſto, ſeu compoſito, ex elementis, formæ vel retineantur, vel rejiciátur: ſi retinentur, tum unius generatio, non eſt alterius corruptio, cùm formæ eædem ſerventur. Sin formæ amittūtur, nihilominus corruit generationem unius eſſe corruptionem alterius, cúm ex amiſſione formæ, plura procreentur. Alterum autem, non aliter, infirmum videtur: nam in interitu animalis, nihil generari videmus, cùm nulla nova forma acquiratur. Forma enim cadaveris, eādem præ ſe fert, mixtionem, quæ fuit in vivente. Ex quo tamen nihil aliud diverſum producitur: vel ſi diverſum quid producitur; quid obſtat, quin corruptionem, ex qua, res generátur, generationem vocemus? Vt autem iſtis ſatisfiat, quorum ſit generatio, & corruptio, præmittendum neceſſarió videtur. Eſt autem generatio, cōpoſiti ſubſtantialis, reſpectu formæ, ut corruptio è contra: non

Incommoda contra primam.

Ratio prima.

Secunda ratio.

Incommoda ex ſecunda.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Quorum ſit generatio.

tra: non verò materiæ, aut formæ, ſeorſim per
ſe, ſumptæ. Nam illa, ſine forma, actioni non
eſt ſubjecta, ſed pati tantum dicitur: hæc per ſe,
non ſubſiſtit. Conjunctorum itaque in eodem
compoſito, generatio eſt. Formæ tamen, potiſ-
ſimum convenit: hæc enim mutari maximé di-
citur, ut cúm cadaver, ex homine fit: ex paleis
ignis: ex ſemine ſtipula, in his quod commuta-
tur, præcipué formam recipit. Requirit autem *Forma quæ mutari debet, tria requirit.*
forma quæ mutari debet tria: primó, ut ſit in
materia: nam nec ea ſola, (ut prius dictum eſt)
nec materia, actioni ſubjacet, ſine forma. Secun- I.
do, ut ſubſtantiæ ſit, non accidentis: accidens II.
enim, non ſemper corruptum generat novum:
vt in ſapore pomi, aut odore, quæ ſi deſtruátur,
nihil novum producunt. Separari enim poſ-
ſunt ita, ut pro iis, in pomo nihil ſuccedat: acci-
dentia enim abeſſe, & adeſſe poſſunt, re ſubje-
cta manente. De luce, idem dicendum: nam
& hæc, incerti eſt ſubjecti, & oppoſitũ particu-
lare, non agnoſcit: tenebræ enim, non ſunt ens,
quale, decet eſſe formam generati, ſed negatio.
Tertió, ut differat actu quodam ſpecifico, ab III.
alia, quæ immutatur: ſi enim eadem ſit, alte-
ram expellere non poteſt, ut & ſi debilior: for-
tioris enim actio, á fortiori dependet virtute.
His conditionibus, forma prædita, & genera-
tioni obnoxia eſt, & corruptioni: Vt tamen duo
conficiat objecta, duobus generibus motuum.

Contra Zabarellã cap. 5. lib. de gen. & interitu.

Duo dico objecta, quia generatio, & corruptio; non ad idem ſunt, ita enim idem, ſe corrumperet, rurſumque generaret. (Eandem forte dicere poſſumus materiam, ſed ſi compoſitum dicamus, aut idem totum (ut ſuperius vocavimus) idem in ſe duobus maximis contrariis diſtinguemus: quod cum ratione pugnat.) Quare licet videatur idem ſubjectum quod cadaver eſt, & quod homo, non tamen idem ob differentes actus & formas. Duo vocavi genera motuum, (cúm unius generatio, alterum corrumpit) quia motuum diverſi termini, diverſi quoque moventes, & mobilia. Diverſi termini; quia generatio ab aliquo, quod non fuit prius, provenit, ad aliquod activũ. Corruptio veró, ab aliquo, quod fuit prius, ad aliquid, quod ipſum nõ eſt. Seu aliis verbis: hæc eſt ab ente, ad nõ ens: illa á non ante ad ens. Diverſa quoq. moventia ſunt, generans, & corrũpens. Quomodo veró diverſa mobilia, totorũ diverſitas indicat. Aliud enim eſt totũ, quod generatur, & quod corrũpitur. Aliud ſiquidem eſt homo, á cadavere: aliud ignis, á paleis: aliud lapides, ab ædificio. Quanquam enim ubique una materia, diverſa ipſa tamẽ ſunt, quod diſtincta entia. Separantur revera, in homine, humanitas, & in cadavere, ſtupiditas, ut plurib. poſteá. Quare, in diſpoſito compoſito, poteſt & eſſe generatio, poſt corruptionem, & corruptio, poſt generationem. Dubia

Aliud eſt totum quod generatur & aliud quod corrumpitur.

autem,

autem, quæ talem naturæ ſucceſſionem impedire videbantur, diſſolvamus. Ad primum. Cùm unius generationem eſſe dicimus, alterius corruptionem, vel ipſis verbis, diſtinguimus ea, quoad ſubjecta: unum enim, in quo corruptio, diſtinctum eſt, ab altero, in quo, generatio reipſa: quia diverſum ab eo ens. Itaque cùm contraria ſint, generatio, & corruptio, movere poſſunt, in diverſis ſubjectis, contrarios effectus. Conjunguntur autem, mea opinione, hæc duo, terminativé: quód una alteri ſuccedat, aut una, alteri terminus ſit. Ob quam ſucceſſionem, non ſatis idonea eſt cauſſa, ut debeant, una definitione, comprehendi, cùm ut contraria, definitionibus diſtinguantur. Adde, quód diverſæ ſpecies motus. Quod tamen, quibuſdam, minus, quám ductu rationis placuiſſe videtur. Ad ſecundum dicendum formas elementorum, non ſervari in miſto: ob idque interitum elementorum dici poſſe, quod ceſſent, eſſe, id quod erant. Cùm ergo, ex iis eſt compoſitum, perire formas priores, dicere poſſumus. Nihil verò obſtat, quod contrá reponi poteſt: unius generationem, eſſe plurium interitum: nam de numero, nulla hîc habetur ratio: ſufficit enim ſive plures termini ſint, ſive unus, modó in ſucceſſu, ſervetur ordo. Attamē contingit, ut non ſervetur, æqualis numerus. In miſtione enim, cùm miſtum ex elementis generatur,

Reſpondetur ad primum dubium.

Generatio & corruptio cō traria.

Reſpondetur tacitæ objectioni.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

neratur, ex pluribus corruptis, unum generatur. Rurſum, cùm miſtum reſolvitur, in elementa: ex uno corrupto, plura generantur. Sed de formis, an maneant, an verò pereant in miſto, plura poſtea. De dubiis ſecundæ partis, pari modo inquirendum : & de nova quidem corrupti forma dicendum, in cadavere, eam apparere, ſiquidem ſtupiditas, quæ ei adeſt, ea occupet, quæ prius humanitas occupabat. Vtraque verò, differens forma. De extrinſeco autem miſti habitu, quod obiicitur, non refellit hujus propoſitionis veritatem : nã differens eſt miſtio elementorum, in cadavere, & in homine: proportionata enim qualitatum conjunctio prius, ad activam actiones exercendi, virtutem, fuit, tanquam materia, eaque omnium qualitatum temperatura, conſtans: in cadavere eſt forma, eaque unius prævalentia, & prædominio, ſcilicet terræ. Quod gravitas oſtendit, aliaque terræ accidentia. Differre autem hæc inde apparet, quod diverſæ ſint ſpecies homo & cadaver, in eo quidem, vita; in iſto, ſtupiditas. Cur autem, non vocemus, corruptionem, generationem, ſed unamquamque, ſuo nomine, ratio eſt, utriusque diverſus motus : diverſa utriuſque forma: & diverſus utriuſque finis. Quod quidam parum conſiderare videntur, qui eandem volunt, utriuſque definitionem. Profectò, ſi ne nomina eadem, quo pacto eadem definitio?

Explicatio ſecun. dubi.

Homo & cadaver diverſa ſpecies.

definitio? ſi ne natura, quo pacto nomina? ſi ne accidentia omnia, quo pacto natura. His tractatis, explicemus ſecundam in definitione generationis particulam, prout propoſuimus. Nō manere ſenſibile, in generatione, eſt ex eo, quod fuit corruptum, aliud produci, quod ad ſpeciem diverſum ſit. Ut cùm ex ſanguine, fit ſemen: corrupta ſanguinis forma, in eadem materia, inducitur forma ſeminis, diverſi actus ſpecifici, á ſanguine. Quemadmodum enim ante corruptionem, materia ſuam formam ſervans, per quam cognoſcitur, manere dicitur: ita poſt corruptionem, quia nō ſub eadem conſpicitur, non manere idem ſenſile dicitur. Nam forma eſt, ad ſenſus nota, qua res cognoſcimus, unde ea cùm non eſt, nec res, ſentiri poteſt: vel ſi paululum immutata, diverſimodé, res ſentitur. Itaque diverſus paulum ſenſus, diverſum ſubjectum omninò, non conſtituit: ut oſtendit alteratio, & augmentatio, per quæ, mutata ſubjecta, diverſa ab iis, quæ ante mutationem fuerunt, non evadunt: ſed ſi ſubjectum totum non ſentiatur, ut idem, tum mutari, exiſtimandum. Qua de cauſſa adjecit ultimo in definitione (ut idem ſubjectum) in generatione enim, totum ſenſibile mutatur ita, ut ad ſenſum idem ſubjectum, non ſit, quod præceſſit generationem, & quod eam conſequitur.

Explicatur particula definitionis.

Forma ad ſenſus nota.

Diverſus ſenſus, diverſum ſubjectum omninò non conſtituit.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Cap. V.

Quanquam unius generatio ſit alterius corruptio; formam tamen quandam in genito ſervari, quæ fuit in corrupto, aliqua item accidentia.

Hæc adducta de forma generationis clariora evadunt, poſtquam de actu compoſiti conſtet: An geniti actus, corrupti totum plané perimat. Quam quæſtionem alia verborum forma veſtiunt: quærentes an nulla forma ſervetur in genito, quæ fuit in corrupto? Et pauló aliter ſic, an ad materiam primã in generatione reſolutio fiat. quare iſta expendamus. De actu autem cúm quæritur, ſciendum; non intelligi actum generalem, qui eſt á materia, qui generatione non perimi poteſt. Hîc ſiquidem materiæ extenſio eſt, qua in omnes formas, quibus communicat, reagit: ſed actum, quem habet á forma. Qualiſcunque enim forma in materia, eam ad actionem diſponit. Hoc probant accidentia: ut in pomo, ab odore & ſapore ipſum odoramus; colore diſtinguimus. De ſubſtãtialib. autem multó minus eſt dubii, cúm per eas accidentales percipiamus. Itaque non tantùm per eas materia actum habet; ſed quot ex iis ſint, tot actus peculiares habere, affirmare poſſumus. Verúm, ut in formis, diſcrimen quoddam eſt: ita actus inter ſe diſcrepant. Formæ enim, quanquam

Qualis actus hic quæratur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

quanquam plures in eodem ſubjecto eſſe poſſint, ut in eodem ſemine, quatuor elementorum, ſanguinis & ipſius ſeminis: una tamen, quæ ultimó informat ſubjectum, ſubſtantialis meretur præcipué dici: quod ex hac ſubſtantia conſtituatur, totiuſque exiſtat eſſentia, & denominatio: reliquæ autem formæ ſunt acccidentium, & accidentium nomina potius iis imponenda. Qualitates enim elementorum ſeminis ſunt accidẽtia: licet ipſius formam conſtituant. Adde & temperaturam ſanguinis, dum transformatur, majori coctione, in ſolidiorem, & corpori utiliorem ſubſtantiam. Accidentia veró eſſe apparet, quód in uno ſubjecto impoſſibile ſit plures eſſe ſubſtantias, niſi in plura ſubjectum hoc dividuum ſit. Subſtantia enim eſt quæ per ſe ſubſiſtit. Et cúm ſubjectum diſtinguitur prima conſideratione in aliquid, quod materia eſt, & in aliquid, quod forma: ſi plures formæ ſubſtantiales ſint, plura quoque ſubiecta præmitti oportebit, quæ eas ſuſtentare debeant. Dicas autem, abeſſe & adeſſe non poſſe, ut accidentia. quemadmodum aſſerunt ii, qui formas ſubſtantiales appellant. Reſponderi poterit eodem modo, quo quantitas, cúm non poſſit á ſubſtantia divelli, manet tamen accidens: ita formas ſecundarias, licet non poſſint ſeparari á ſubjecto, manere tamen accidentia, & ſubjecta, ſine iis conſiderari poſſe. Hæc eadem de actibus dicenda

Qualitates elementorũ ſeminis ſunt accidentia licet ipſius formã conſtituant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

dicenda ſunt, cùm ſubjectum á forma actum habeat:eorum unus præcipuè corpus gubernat, reliqui ejus dominio ſubjacent. Non tamen amplius ut actus, ſed ut potentiæ: quales erant, antequam in materia actum receperunt. Quod cognoſcitur dum ſubjectum, pereunte ſuo præcipuo actu, diſſolvitur. Vt enim ſanguis ſolido, ſeroſo, glutinoſo, & ſpumoſo concreſcit in temperaturam: ita reſoluta temperatura in ſpumoſum, ſeroſum, glutinoſum, ſolidum diſpeſcitur. Vt, his remotis, tandem veniatur ad materiam primam: nam in compoſitis ordine ad primum uſque actus ſubalterni, (ut ita dicam) vel mediati ſeſe ſubſequuntur. In ſimplicibus, actu præcipuo ſublato, ad materiam primam pervenitur.

Simplicia proximé ex materia prima componuntur & in eam proxime reſolvuntur.

Simplicia enim, (in quibus una tantúm eſt forma) proximé ex materia prima componuntur, & in eam proximé reſolvuntur. Miſtorum autem plures ſunt actus, ob plures formas. tot enim ſunt actus, quot formæ. Itaque ii veritati parcunt, qui in compoſito unicum tantùm eſſe actum volunt. Res enim ipſa oſtendit genitum omnes actus corrupti non tollere: ſed in utroque aliquos ſimiles reſervari. Vt enim, ad conſtituendum hominem, per ſeſe elementa concurrunt: ita in cadavere, ut ipſum diſſolva-

Omnes actus corrupti non tolli genito.

tur & putrefiat, in ſeſe elementa agunt. In compoſito autem, cùm actus unius præcipui maneant ſub actus præcipui dominio: quid obſtat,

cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

cùm adhuc maneat compoſitum, quin (licet præcipuus actus alio qui in genito eſt tollatur) minus præcipui actus in eodem permaneant? In elementorum officiis dici poteſt hoc non inepté, quatenus ſunt in eodem compoſito, diverſis motibus affecta: nam, ut in compoſiti generatione, illa materiam præparant, ad præcipuam formam recipiendam: ita in corruptione, ut aliam formam materia recipiat, eandem præordinant. Ad ſecundam autem quæſtionem, ex dictis facile eſt reſpondere: Non omnes formas interire, ſed aliquas remanere in genito, quæ erant in corrupto: minus ſcilicet præcipuas, quas accidentia præcipuarum, prius, poſſe vocari dictum. Momento enim & inſtanti generationes non fiunt, ſed eas præcedere oportet alterationem: alteratio autem formas ſecum habet eorum, quæ mixtum ingrediuntur: ut elementorum, ſi per ſe primò componunt mixtum. ſin verò præceſſerunt plures alterationes, plures anteceſſerunt ſimul formæ. Neque in formis hoc ſolum contingit, ſed etiam in conſequentibus formas: nempe vulgaribus accidentibus. ea enim manentibus formis corrupti, minus præcipuis, in genito etiam permanent, tanquam effectus ſuarum cauſſarum. De iis autem ſolùm intelligo, quæ cauſſas permanentes in corrupto, & genito ſimul habent; de aliis non. Hinc eſt, ut ea, quæ in corpore pendent ab

Solvitur ſecunda quæſtio.

Generationes non fiunt momento & inſtanti.

Cauſſa cur accidentia maneant:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

anima, ſublata anima, etiam tollantur: ut quæ ad ſingulas ejuſdem facultates pertinent. Quæ verò ad elementa ſpectant, ut qualitates ſecundæ, gravitas, levitas, denſitas, raritas, &c. quæ item ad miſtionem, ut compoſitio, erectio, ſtatura, figura, quæ ad connotationem, ut cicatrix, character: hæc nunquam in utroque permanere poſſunt; quia eorum cauſſę retinentur, tam in cadavere, quám in homine. At de ſimplicibus major eſt difficultas: hæc enim ſolam habent materiam primam, & formam in quam reſolvuntur: & forma ſublata, ob generationem, ad nudam materiam pervenitur. Sed compoſita, quæ non reſolvuntur generatione, in materiam primam formas quaſdam, & accidentia retinent communia. Vt videre eſt in compoſitis primum inanimatis, in quibus non prima eſt reſolutio, in materiam primam, ſed primum in ea, ex quibus miſtum conſtat: nec tamen hic materiam primam eſſe negare poſſumus, in omni enim compoſito adeſt, licet, formis occultata. In animatis veró, non poteſt in primam materiam compages reſolvi: poſt enim viventis interitum, remanet forma miſtionis. Adde & univerſam corporis figuram, quæ, non niſi per varias alterationes, permutatur. Ex his patet, quæ ſit forma generationis: & quomodo ſeparata ſit à forma corruptionis.

Solutio tertiæ quæſtionis.

Simplicia ſolam habent materiã primam & formam in quã reſolvuntur.

Materia prima adeſt in omni compoſito, licet formis occultata.

CAP.

Cap. VI.

Quód ſint formæ elementorum primæ qualitates, & contrariarum rationum ſolutio.

Quæ dicta ſunt de forma generationis in genere, cauſſa ſimplicis, & concretæ, allata ſunt: itaque, quomodo ea ſeſe habeant, operæpretium eſt videre. Simplici autem, prius qualitates tributæ ſunt, tanquam formæ: calidum, frigidum, humidum, ſiccum, quibus, & á ſe invicem elementa diſtinguerétur, & omnibus ſubeſſent actionibus. Nam qualitates primæ, hoc dant elementis, ut conjungi poſſint, cum aliis in mixto. Materia enim prima, paſſiva eſt, & ut conjungatur, opus habet agente, cum quo connecti poſſit. Subjugantur enim meré paſſiva, per ſe, ob quam cauſſam fit, ut eædem qualitates, in ſimplicibus elementis, plané dominentur, ſupra materiam primam. Unde Philoſophus eas, materias elementorum, quandoque vocat: nonnunquam formas: interdum eorundem principia. Quæ, ſunt hîc diſtincté intelligenda, ut reſpectu ipſorum elementorum ſint formæ; conjunctæ enim, cum materia prima, elementa conſtituunt. Materiæ verò dicantur, reſpectu miſti: per eas enim, elementa connectuntur in miſto, tanquam vinculum, materiaté. Principia ſunt, comparatæ ad elementa, antequam componantur. Quod

Cap. 1. lib. 2. de Ort.

Qualitates materiæ elementorum. Formæ Principia quomodo.

Dubium.

autem, & formæ ſint elementorum, & poſtea vinculum, quo miſtum conſtituitur, fortaſſe alicui mirum videbitur. idem enim, ejuſdem & forma, & accidens nullo modo eſſe poteſt: proinde in his duobus generibus, quomodo differant, diligentius animadvertendũ.

Idem eiuſdẽ & forma, & accidens eſſe non poteſt.

Elementa quidem, in miſto, formas ſuas, ut prius, non retinent, verúm, ſub alia quadam exiſtunt, quæ proportione duarum activarum dominãtium, & duarum paſſivarum ſubiugatarum, oritur. Et recté dicendo, nec elementa in compoſito apparent, ſicut nec formæ elementorum: ſed quiddam ex his commixtum.

Elementa in compoſito nõ apparent.

Itaque dicimus, per ſe tantum, tale apparere mixtum, reliqua, quæ aliqualem in eo exercent virtutem, per mixtum, & á mixto ſuſtentata adeſſe: Mutuato ſermone, ex logica, in qua ſubſtantias appellamus, quæ per ſe ſubſtent: ex oppoſito accidentia, quæ non per ſe ſubſtant, ſed ab aliis, dependent.

Subſtantia quid, itẽ accidens.

Quæ tamen cognominatio, nõ tantum veris accidentibus, quæ dimenſione carent, attribui ſolet: verumetiam ſubſtantiis genuinis, & propriis. Manus enim, ſubſtantia, aliás in corpore eſt accidens: & anima, ſubſtantia, reſpectu corporis (in quo eſt) accidens dicitur. Quem quidem uſum loquendi, non interpretum libertas, in Philoſophia introduxit: ſed ipſius Ariſtotelis frequens ejuſdem uſurpatio, quam etiam obſervaſſe videtur 10. Metaphy. 2.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

taphyſ. 2. ubi igni accidere ait, ut elementum ſit; nam cùm elementum eſt, in mixto eſt, á quo ſuſtentatur, nec per ſe eſſe, amplius videtur. Et 3. Metaphyſ. 4. Calidum, frigidum, humidum, ſiccum, negat eſſe ſubſtantias: ſine dubio reſpectu mixti, pariter intelligens, in quo latent, & occultantur. Nam ſeorſim & per ſe conſideratæ, ſubſtantiæ ſunt. Quod verò qualitates, iis formæ ſint, apparet ex hoc: tum enim ſolúm conſtant ex materia prima, & qualitatibus: quorũ alteri formam tribuere neceſſe eſt, cúm in iis, præter hæc duo, nihil aliud ſit, materia autem ſuſtentat formam. Quare qualitates quæ ſuſtentantur, vera erunt forma elementorum. Ex his dicimus elementa per ſe eſſe ſubſtantias, in mixto verò non eſſe: ſed partes ſubſtantiarum. Per ſe conſtare materia, & forma: in mixto, eſſe tanquam materiam: & eorum qualitates, ſeorſim formas eſſe elementorum: in mixto, tanquam accidentia. (dictum enim prius formas minus præcipuas, in mixto eſſe, ut accidentia, reſpectu præcipuæ) Itaque in mixto per magis, & minus dici. Sed ob hoc, poſſis cum quibuſdam urgere, veras formas non dici: veræ enim formæ ſubſtantiales, perfectæ ſunt æqualiter, nec earum una, magis talis, aut minus, alia dicitur. His autem quod reſpondeatur, in promptu eſt: per ſe, non intendi, vel remitti. Ignis enim in ſua conſiſtentia, ſemper

Ariſtoteles 10. Metaphyſ. 2.

Ariſtoteles Metaphyſ. 4.

Elemẽta per ſe ſubſtantiæ ſunt, in mixtõ vero partes ſubſtantiarum.

Objectio & ejus reſponſio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

talis, ſimiliter aër, & aqua, cum terra: quòd autem inæqualitatem habeant, id ex mixto fit, in quo, quia eſt contemperantia, exuberantiæ remiſſionem, eſſe oportet: ut quædam dominentur, quædam ſubjugentur, idque, diverſimodé, ſecundum diſcrepantia mixta, ex diſcrepanti elementorum concurſu.

Obiectio tertia.

Ariſtoteles 5. Phyſ. 10. 7. Phyſ. 11.

Quare hæc tactilis qualitas quam vocant, magis vel minus talis eſt, ob ea quæ tanguntur. Quod tertió objiciunt, ad formam ſubſtantialem, non eſſe motum, ut eſt Ariſt. 5. Phyſi. 10. & ob id nec alterationem: qualitates autem, ſint termini alterationum, ad quos proportio eſt omnis generationis, ut ſubſtantiæ eſſe non poſſint, bona interpretatione ſolvitur.

Reſponſio ad obiectionem ſecundam.

Ibi enim Philoſophus ſignificat, generationem ſucceſſivé non fieri, ſed formas rerum generatarum, in inſtanti introduci:

Prima ratio.

non veró, negat alterationem, aut motum, formam ſubſtantialem præcedere, quod certé multoties, tum libris de ortu, cúm etiam acroamaticis, 5. & 7. aſſeverat: ut colligi poteſt ex definitione generationis, nuper á nobis explicata.

Lib. Acroa. 5. & 7.

Secunda ratio.

Niſi hercle, mutatio eſſet, ante introductá formam ſubſtantialem, eſſent res omnes perpetuó tales, ſub ejuſdem formæ prætextu.

Tertia ra-

Et unde, eſt iſta, activarum, & paſſivarum qualitatum, temperata conjunctio, ex qua mixtum ſubſtantiale oritur? niſi alteratio ſit, & remiſſio intenſæ quorundam virtutis, quæ mixtum ingrediuntur.

grediuntur. Æquè infirmum eſt, quod afferunt, de diſtinctione ſubſtantiarum, & ſenſibilium communium: ex 2. de anima contextu 64. Ubi negat Philoſophus, ſubſtantias eſſe tangibiles qualitates. Nec enim ſunt, limitaté loquendo, ipſius mixti ſubſtantiæ, uno ſenſu de omnibus tam primis, quám ſecundis, intelligendo: ſed propterea, non poſſunt non eſſe pars ſubſtantiæ elementorum, cúm earum virtute, iſta præcipué ſint. Et quod de formis aliis, ſeu differentiis, ne in qualitate ſint, cùm ſint pars ſubſtantiæ in categoria qualitatis, reſpondetur, diſtingui modum, in iis, qui ob noſtram cognitionem eſt, (nobis enim cognoſcentibus qualis res eſt) & id, quod modo ſignificatur, quod eſt ſubſtantia. Ita hîc, qualitates hæ, quatenus á nobis percipiuntur, qualificare dicuntur: cúm tamen, ipſæ maneant, pars ſubſtantiæ elementorum. Aliud de aliis qualitatibus, eſt dicendum, ut pluribus, ſequenti capite, admonebitur. Ex hoc, ſolvitur altera ratio, quam contra qualitates afferunt, quòd qualitates ſint contrariæ: ſubſtantiæ, contrarietatem non admittunt, quare non poſſunt eſſe formæ elementorum. Verum quidem eſt, externa iſta, quæ, in qualitatibus, nos percipimus, contraria eſſe: ſed ea unde fluunt, quæ initia qualitatum ſunt, & veræ elementorum formæ, non ſunt contraria. Differre autem iſta, quæ nos percipimus, ab iis,

Remotio quartæ inſtantiæ.

Ariſtoteles lib. 2. de Anima contextu 64.

Remotio quintæ inſtantiæ.

Solutio alterius rationis.

unde profluunt, dixerit utique quis, ex hoc, quòd qualitas nulla, permanens ſit, ſed fluxa; formæ verò elementorum, permaneant ut ipſa, aliás ſolam materiam primam, dicendum ſupereſſe, quod repugnat rationi. Iam inquirendæ rationes, quæ probant formas eſſe: ne ſine cauſſa hæc omiſiſſe videamur. Pro nobis primum facit, eorum cum elementis cõſequutio: ponũt enim, & tollunt elementa. Quod enim frigus obſervabitur, ſine frigido? ſine calore, quod calidum? ſine ſicco, quod ſiccum? ſine humore, quod humidum? Rurſum, quam aliam ob cauſſam, vocamus calidum, quám ob calorem, quo imbutum eſt, quám frigidum, niſi ob frigus, & ſic de cæteris. Quare ponunt & tollunt elementa, quorum ſunt qualitates. Forma autem ſubſtantialis, ſine dubitatione ea vocari poteſt, quæ rem ponit & tollit: ut enim talis informat rem, ita cùm abſumitur, eam reddit incertam. Quare erunt qualitates formæ elementorum. Aut ſupererit aliud, ſublatis qualitatibus, á quo pendebunt, operationes elementorum: ignis, conſumere, digerere, congregare; terræ, conſolidare, congregare &c. A nullo autem alio, illæ pendent, illis ſublatis: aut á materia produci affirmandum, quod quidem ſi fieret, uno ſequeretur omnia prædita modo operandi, quia æqualiter omnibus adeſt materia, quod experientia redarguit. Quemadmodum enim

Primum argumentum quo probatur eſſe formas elementorũ.

Secundum argumentũ.

dum enim diverſis, & diſtinctis, unumquodque, præditum eſt qualitatibus: ita etiam diverſo modo eſſendi, his iiſdem, inter ſe diſcrepant. quod extrinſecè conſpicitur in omnibus. Quòd autem modum eſſendi, præbet forma, nemo negabit: formæ enim informare datum eſt, ita ut etiam ab omni alia re, diſtinguat. His addere poſſumus ipſius Ariſtotelis authoritatem 2. de Ort. Contextu 60. qui poſtquam principia elementorum appellaſſet, ſubjungit, formas eorundem eſſe. Qua potius contentos eſſe decet, quàm cum Achillino, nulla forma adjecta, has accidentia ſtatuere. Cui refragantur, Alexander, Ammonius, Ioan. Gram. 2. de ortu ſup. Tex. 49. Gal. tractat. De elementis.

Tertium argumentum.

Quartũ argumentũ ex Ariſtotelis 2. de ortu, contextu 60.

Lib. 3. de elemẽtis dub. 4.

CAP. VII.

Gravitatem, levitatem non eſſe formas ſubſtantiales elementorum.

NON minori contentione certatur, de ſecundis qualitatibus, poſſintne ipſæ eſſe formæ elementorum. Quibuſdam negantibus, quód elementa tantum ſequantur, jam conſtituta, & conformata. Aliis aſſerentibus, quód magis idoneæ ſint, ad conditiones formarum recipiendas, quám ſunt primæ, quæ etiam antecedunt elementa. Proinde non parum ad hoc negotium facit, cognoſcere quid de iis ſit

ſtatuendũ: licet ad generationẽ de qua quærimus hoc loco, parũ faciant.

Primum argumentum quo probatur ſecundas qualitates non eſſe formas elementorum.

Primũ autem non eſſe, ipſius formæ ratio convincit, quæ debet ſimul cum re, quam informat, incipere, non autem poſt eam. Et qualitates ſecundæ, elementa ſequuntur, grave enim eſt, quod propius ad centrum eſt, & minus caloris habet: é contra leve.

Secundum argumentũ.

Ob quam cauſſam quod grave eſt, & leve, ad locum diſponitur tantùm. Gravia enim, deorſum tendunt; levia veró, ſurſum: non veró rem componunt, ut cõjungatur, cum aliis, ad quid aliud, conſtituendum, quod faciunt elementorum formæ, quæ ſunt ipſorum quidam fines. Calefacit enim calor, in igni, unde congregat homogenea, & diſgregat heterogenea. Frigus frigefacit: unde tam homogenea, quám heterogenea congregat. reliquorum eadem eſt ratio.

Tertium argumentum.

Sine quibus, impoſſibile eſt elementa conſiderari, tum per ſe, cùm in mixto: in nullo enim alio, fixa cogitatio intelligentis erit, niſi in materia prima: cujus certé nuditas, tam laté patet, ut potius, de non ente, præbitura ſit cognitionem, quám de ente aliquo.

Definitio elementi.

Eſt enim cùm inſit per ſe, principium rerum omnium, in quod dividũtur: ipſum autem, in nullum aliud dividuum eſt. Sine verò gravitate, & levitate, recté quiſquam elementorum inſtituerit tractationem, tum per ſeipſa, cúm quatenus, in mixto ſunt. Hæc enim, eorum locum tantum reſpiciunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

reſpiciunt, qui quidem ad unam ſpeciem motus attinet, extra quam, in reliquis, poterit eſſe reliquorum conſideratio. Nil autem, ſine forma conſideratur per ſe, præter partem alteram compoſiti, cujus contemplatio, imperfecta eſt. Huc accedit, quód eadem forma ſubſtantiali manente, gravitas, & levitas, permutentur: ut ex eodem fumo calefacto, & frigefacto, gravitas & levitas eſt: calidus enim aſcendit, & levefit, frigidus é contrá, non aſcendit, ſed ingravatur. Forma autem, ſemper eadem eſt, ſine alteratione, niſi plané tollatur, ut ex omnium rerum formis apparet. Ex qua diverſitate, aliud colligi poteſt: non eſſe formas elementorum, quód ſentiátur. Quod enim ſentitur, formam ſubſtantialem, eſſe negat Philoſophus, 2. de Anima textu 64. ſubſtantiæ enim per aliud ſentiuntur, per ſe minimé: negat &, ſubſtantiales qualitates 2. de ortu. Poſtremo hujus inſtituti eſt, quod contrarientur ſibi, cùm ſint principia, contrariorum motuum: grave enim deorſum tendit, leve ſurſum. Formis verò, contrarietas non ineſt, ſiquidem per magis & minus, non dicantur, in rebus ejuſdem generis: qualiter gravitas, & levitas dicuntur, in corporibus, ejuſdem ſpeciei. Ut in eadem terra, pars ejus una, alia gravior, dici poteſt: & in eodem aëre, pars depuratior, levior eſt, concretiori parte.

Quartū argumentum.

Quintū argumentum.

Subſtantiæ per aliud ſentiuntur, per ſe minimé.

Vltimum argumentum.

Formis non ineſt contrarietas.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

CAP. VIII.

Quomodo ſingulis elementis, ambæ qualitates accommodatæ ſunt.

VIDERI poſſet alicui mirum, cùm qualitates ſint formæ elementorum, quibus quidẽ & ſunt, & ab aliis diſtinguantur; cur una qualitas, pluribus elementis, attributa eſt, & cur etiam uni elemento, plures qualitates, attributę ſunt, ut ſenſus & experientia docent. Nam tum ignis, cúm aër, calida ſunt: frigida terra, & aqua: ut ſicca, terra, & ignis: humida aër, & aqua. Conjunctim autem, & ignis, calidus eſt & ſiccus: aër, calidus, & humidus: aqua, humida, & frigida: terra, frigida, & ſicca. Quare iſtas quæſtiones cõſideremus, & cur unum elementum, plures habeat qualitates, & cùm una pluribus conveniat, quomodo formæ nihilominus vocentur, diſtinguantque ſuum elementum ab aliis. Primam autem quæſtionem explicat, duplex elementi conſideratio, qua duplex in eo affectus invenitur. Nam intelligitur elementum, & principium mixti; quo fit, ut alterentur ea, in ſe invicem, ut pars univerſi, certa ſede diſpoſita. Cùm enim entia, alicubi ſint, & elementis, ſua oportuit eſſe loca. A prima conſideratione, habent, ut contrarientur ſibi invicem, qualitatibus: tranſmutatio enim, ratione contrarii fit. Ab altera conſideratione, conſentire qua-

Ariſtoteles ſecundo lib. de generat. cap. 2.

Duplex elementi conſideratio.

Quid á prima habeant.

A ſecunda quid.

tire qua-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

tire qualitatibus, requiritur: cùm enim locus, locatū conſervet, ſimilitudinem inter utrumque, intercedere oportet. Hinc eſt, ut binas, unumquodque habeat qualitates, unam, ob corruptionem ſui, alteram, ob tranſmutationem. Aqua, propter hæc habet frigiditatem & humiditatem. Propter locationem humiditatem, frigiditatem autem ob tranſmutationem. Similiter aër qui proximus eſt igni, ob locum, habet calidum, ſimile calori ignis, ob tranſmutationem, calore ſuo, reſiſtit humido aquæ. Contra Empedoclem, & Stoicos, qui humidum, & frigidum, eſſe voluerunt. De aliis, eadem planè eſt ratio: nam ſi vel contraria qualitas deeſſet, oporteret, aliquod elementum, eſſe intranſmutabile: ita in mixto darentur tria tantum elementa. Vel ſi ſimilis deſideraretur, ſine loco, eſſet elementum, idemque foret, ſive igni, proximè ſubjiceretur aqua, aut terra, ſive aër, & contrà. Quam diſpoſitionem, naturam non admittere, ſenſus docet; qui tranſitū hunc elementorum, præternaturalem, in apparentiis, facilè diſtinguit: cùm terreni vapores, ad aërem: vel aquei, ad ignem, ſua migratione, nova Phainomena, oſtentant. Sed & de his diſtinctius inquirendum: Videtur enim, & præter elementi naturam, quod conſtitutum eſt, ob mixtionem, (elementum enim dicitur reſpectu elementati) ut aliam, quám trāſmutativam qualita-

Quare unūquodque elementum binas habeat qualitates.

Vt Ioan. Gram. 2. de Ort. contextu 23.

Empedocles & Stoici.

Incommoda.

qualitatem habeat: aut fortaſſe hæc, quia debilis eſt, ut alterius ope indiget, habet coagentem eam, quæ á loco eſt. Vel quid ſentiendum de ea, an forma, an materia, eidem ſit. Ut autem de his ſtatuatur, altius deducenda eſt quæſtio, ad gradus qualitatum, in elementis: nam iſti, eodem ſpectare videntur. Si enim hi ſummi, duas qualitates attribui iis, reſipſa comprobat. Sin aliqua præcipua, aliqua minus, (hoc enim verbũ remiſſum, totius litis, apud Latinos, cauſſa eſt) una tantũ erit forma. In elementis, meo judicio, per ſe, & extra mixtionem, qualitates ſummas, adeſſe, dicere, non videtur alienum. Cujuslibet enim vera forma, perfectiſſima eſt, & prima in ſuo genere: ni impediatur aliqua materiei exuberantia. Ita homo, ad rationis apicem conſtitutus: bruta abjecta, ad ſummam diſcurſus ineptitudinem: & in aliis rerum creatarum generibus, quædam ſummé ſagacia, alia ſummé fortia, varia, ad velociſſimum curſum: ad aſpectum, prominentiſſimum nonnulla: auditus celerrimi, quædam. Vide & hæc, quibus qualitates aſſignamus, quædam, percipies, ſummé aſpera. alia, remiſſe mollia: nõnulla in ſumma duritie, & varia præter modum levia. Cur non & in elementis, ad ſummam ſuæ formæ extenſionem, natura valebit? ut ignis ſit ſummé calidus; aër ſummé humidus: aqua frigidiſſima: terra ſicciſſima. Quin cùm ſint ſimpliciſſima,

In elementis ſunt qualitates ſummæ.

Ignis ſummé calidus. Aer ſummé humidus. Aqua frigidiſſima: terra ſicciſſima.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ciſſima, inter ipſa, ſi qualitates remittantur, potiori gradu, alia aliis prævalere inveniemus. Ergo, ſi ignis, ſit non ſummé calidus, intenſus calor, alicui aliorum, conveniet: ſed quis, ſenſibus illæſis, aërem calidiorem igni, vocabit? (mera enim eſt quorundam inſenſatio, qui dicunt eſſe calidum, æqué, á nobis tamen, non percipi, ob conjunctam humiditatem) quis aquæ, calorem attribuet? aut terræ. Aliorum formas quoque inquire in aliis. Aërem eſſe humidiſſimum, quód maximé terminabilis ſit, ratio docet: nec enim terræ aut ignis tantam eſſe, convincit experientia. De aquæ autem terminatione faciliori, quod nõnulli objiciunt, hoc vas idem, ad aquam, & ad aërem diſpoſitum refellit: in quo aër, quamvis figuram recipit, cujuſuis dimenſionis: aqua veró, ob craſſitiem, & majorem reſiſtentiam, non adeò ductilis eſt, nec externo cingente, non adeò cogibilis. Quod Natura conſideraſſe videtur, quæ, poſt calidiſſimum ſi aliud ſubjunxiſſet quám humidiſſimum, quin ignis caliditas omnia confeciſſet, non eſſet dubium. Itaque tanquam optimum, & conjunctiſſimum elementum, aërem ſuppoſuit, qui, ſua humiditate, calorem, per ſolem in his inferioribus, excitatum, ſuo acceſſu temperaret. Et ne nimius ignis calor, reliqua perderet, ſua maxima humiditate, idoneum eſſe tanto calori pabulũ aërem voluit. Unde fit ut aër ad iſtorum

inferiorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

inferiorum recreationem, quandoq. in aquam reſolvatur: quod non poſſet, niſi ex humidiſſimo provenit.

Inſtantia ſolvitur.

De tactu autem, quod dicunt, quo in aqua contrarium experitur, oſtendit non poſſe, hujuſmodi diſtinguere inter frigidiſſimum, & humidiſſimum. Frigiditas enim, talem tactus ſpeciem efficit, nõ humiditas aquæ. Quod cryſtallo, & glacie obdurata probatur: quorum utrumq. ſimilem tangenti, offert ſenſum, ac ſi aquæ eſſent, cúm tamen, aqua non ſint. Nec quomodo aliter aëris ſumma qualitas conſtitui poſſit, video. Requirit enim (ut prius admonui) quãdam, ob tranſmutationem, qua proximo elemento contrarietur: requirit ob locum, & aliquam, quæ ſimilis ſit, cum elementi qualitate, quod continet. Aëris autem caliditas, cum qualitas ſit, propter locum: quæ erit ob tranſmutationem? Frigiditatem cum Stoicis, ſi aſſignemus, aliam oportebit, ob locum, quám caliditatem præſcribere:

Calidum & frigidũ ſummé cõtraria.

calidum enim, & frigidum, ſummé contraria ſunt, & ſua pugna, deſtruerent elementum. Si ſiccitatem, idem tum eſſet cum igni. Ignis enim calidus, & ſiccus, quare ſolas has habebit qualitates aër, calidum, & humidum. De aquæ jam dicendum frigiditate, an ita in ea ſit remiſſa, ut vel frigidior terra ſit, vel igni, vel aëre. De igni quidem & aëre, non eſt dubium, quin iis frigiditas non conveniat per ſe: de terra magis ambigitur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

bigitur, ob Thomam, & quoſdam recentiores. Frigidiſſimam autẽ eſſe aquam apparet, quód omnia ſtupefaciat, & colligat, tam homogenea, quám heterogenea, ut prius probavimus, per ea, quæ in aquam injiciuntur. Hacque ſola qualitate, activum elementum nuncupatur: Cúm enim ordinavit Natura, ut mixtim agentia, cum patientibus elementa diſponerentur, non conjunctim hæc aut illa ſola; opus erat, ut qualitates poſſiderent activas, mixtim ſic conſtituta: ut quia ignis, maximé activum eſt elementum patientiſſimum poſt ſe, acceperit aërem. Tertio loco eſt aqua, activum quoque elementum, ſed minus, quám ignis, cui terra reſpondet, minus patiens, quám aër. Hæcque naturæ conſtitutio, vel ex hoc non videtur vana, quód ſi duæ paſſivæ, medio eſſent loco, in extremis veró, duæ activæ: non activam quamlibet, cum qualitate paſſiva agere, ſed proximam tantum: Ut ignem, non cum aqua, ſed cum aëre, nec terram, cum aëre, ſed cum aqua. Aut ut tranſitus ſit, per interiectum elementum, vinci oporteret, quod reſiſtit: ita tranſmutatio non eſſet, in ſolis contrariis qualitatibus, quod prius oſtendimus. Sed ut ad argumentum revertamur, frigidiſſima eſt aqua: ex hoc quia frigidiſſimam eſſe oportuit cum humido, non cum ſicco: ſiccum enim, & frigidum, con-

Aquam frigidiſſimã eſſe Prima ratio.

Secunda ratio.

Ignis maximé activum elementum.

Aqua minus activum elementum. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio cur aqua frigidiſſima.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ſtringentia ſunt, ut in melancholicis apparet, & locis rebusque, ſub ſeptemtrione collocatis. frigidiſſimum autem laxare oportet: unde ne ſit vacuum, requiritur, ut adſit humiditas, quæ loca reſerata, humiditate repleat. Qualis proportio apparet, in phlegmatico, qui frigidus eſt, & humidus: contrarius diſpoſitione, melancholico. Huic veró meæ ſententiæ, non adeó inſiſterem, ſi tantúm adverſarii haberent rationes: Eas enim quas habent, quivis vel alicujus acuminis, poſſet refutare. Ut quod terram dicunt, quia remotiſſima ſit á ſole, ideo frigidiſſimam, non veró aquam, parum hi de reflexione, altera caloris cauſſa, cogitare videntur: nullum enim, aut parvum in remotis produceret calorem, niſi reflexio adeſſet, proximis ipſi ſoli. A quo certé remota, remotione ab agente (ut de medio aëre dicitur) plané obrigerent, ni reliquiſſet, & reflexionem natura: qua radii rejecti, á centro, tanquam præcipuo objecto, proxima terræ calefaciunt. Unde non tantum, in extremam terræ ſuperficiem hi reflexi radii, ſuo calore, ſunt efficaces, ſed etiam in proxima centro, quod cognoſcitur in metallis, quæ calore ſolis, alicubi ſunt concoctiora, alicubi veró crudiora, & imperfectiora. Naturaliter autem loquendo, ea vocamus loca frigidiora, in quibus nec lumen, nec reflexio, efficaciter agunt: ut media aëris

Solutio primæ inſtãtiæ.

aëris regio, quæ frigidiſſima eſt. Unde his proxima, erunt frigidiora utrinque. Aër remotior á ſuperficie terræ, & aqua, quæ ſupranatat. Quare licet aqua non eſſet frigidiſſima, tamen quia deficiunt ei, magis quám terræ, cauſſæ caloris, frigidior certé, eſſet terra. Cauſſam hujus erroris, quivis videt, quod hæc, quæ in rebus ipſis naturaliter ſunt quærenda, in remotis extrinſecis quærunt. Afferunt præter hanc, & aliam cauſſam, quód terra, ſit omnium grauiſſima: á frigiditate veró, ſit grauitas, &c. Quæ quidem objectio ut non leuis, multis, non exiguum, movit ſcrupulum. Exiſtimo tamen, ſi vera gravitatis cauſſa, inquiratur, in hujus cognitionem deveniri, facilé poſſe. Atque ut de gravitatis vera cauſſa dicatur, extra ſimplicium qualitatum notionem, videtur, cúm á ſoliditate, quæ, compoſiti quædam qualitas eſt, ipſa prouueniat: ſi tamen, ad inconcretas has qualitates, deferendum gravitatis judicium eſt, ſicciſſimum, reliquis gravitate prævalet. Quæ enim eſt ratio ſicci, in compoſito, ut infra reliqua elementa, tendat deorſum, eadem (ut experientia docet in compoſitis) erit, in ſimplicibus ratio. Unde Natura, terram ſicciſſimam, ultimo loco collocavit, ut reliqua ſuſtentaret, neque ſi interjecta eſſet, ſuo pondere, ea degravaret. Quare manet, terram ob ſiccitatem graviſſimam eſſe,

Solutio ſecũdæ inſtantiæ.

Sicciſſimum reliquis gravitate prævalet.

Natura terram ſicciſſimam ultimo loco collocavit, & quare.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

non ob frigiditatem. Ultimò, de terræ ſiccitate dicendum: quæ ut ei, forma ſit peculiaris, nec ignem eam poſſidere oportuit: qui per ſe, tam eſt efficax, ut in humidam, tanto dominio prævaleat. Siccisſimum verò, nec ex ſe agens eſt, nec cum humido conſenſum ullum habet: multó minus, aërem, ſiccisſimum eſſe, oportuit, ne ab igni conſumeretur. Aquæ veró, ſiccitatem accommodare, præter rationem eſt. Quare ſola terra ſiccisſima eſt. Has ergo qualitates, dicere convenit veras elementorum formas, idque in ſummis acceptas gradibus, ne elementorum formæ confundantur, aut ne quædam, ſine forma ulla eſſe, affirmemus. Aliæ veró qualitates, ut in igni ſiccum &c. Formæ veræ non ſunt elementorum: in vnoquoque enim, forma vna, ſufficit, vel ut per ſe ſint, vel ut mixtum conjuncta conſtituant: Sed hæ alteræ, veras formas conſequantur: quod enim calidisſimum eſt, idem oportuit, aliquo modo ſiccum eſſe; quod humidisſimum, aliquo pacto calidum, potius quám frigidum, ut laxaretur, non conſtringeretur: quod frigidisſimum, idem humidum: quod ſiccisſimum, idem frigidum. Non quidem, quód vel ſummis, gradus attribuamus exceſſus, vel ſecundariis, gradus defectus: Sed quod ita vera eſt, in eadem perpetuó conſiſtentia, uniuſcujuſque natura. Quæ ob tranſ-

Qualitates veræ formæ elemẽtorum.

tranſmutationem requirit, ſummas qualitates; ob commoditatem loci, & combinationis, ſecundarias: ut prius dictum. Extra tamen ſecundariarum reſpectum, ſufficerent ſummæ, ad tranſmutationē, in mixto. Ex agentibus enim, & patientibus, perfecta eſt mixtio. Sed quia præter tranſmutationem, combinatio cujuſque requiritur, ut omnes coëant ad temperaturam, Secundæ etiam agunt. At diverſo id fieri effectu, á primis, quivis judicabit, qui explorare poteſt, non eſſe eundem calorem, in aëre, qui in igni; nec eandem ſiccitatem in igni, quæ in terra, &c. Actione tamen hoc fit, utriuſque formali: non ut qualitas una, ſit tanquam materia, ut voluit Albertus Magnus; altera veró, tamquam forma, (una enim materia, plures actus, ſimul non habet, nec idem patiens eſt contrariarum eadem ratione: inſuper nec eſſent in uno elemento, qualitates.) Ex his, ad ſecundam quæſtionem, non eſt difficile reſpondere. Unam qualitatem, pluribus elementis, attributam eſſe, non amplius, ut unam, ſed ut plures: caliditas enim, in igni diverſa eſt, á caliditate aëris: & in eodem ſiccitas, á ſiccitate terræ. Diuerſa inquam non ſpecie, ſed reſpectu, primum ipſorum elementorum, deinde ipſarum qualitatum. Elementorum enim calor, præcipuus eſt ab igni, ut præcipua ſiccitas, á terra: minus præ-

Contra Archan. Mercena.

Alberti Magni error. 2. de Geneſ. ca. 9. tract. 1.

G 3 cipuus

cipuus calor in aëre, & ſiccitas in igni. In qualitatibus veró, diverſitas eſt, quod quædam magis: magis enim naturaliter calor in igni, quám in aëre. Vnde plus caloris, eſſe in igni dicunt, quám in aëre: & in aliis pariter. Ob quam conſiderationem, permanent veræ elementorum formæ, diſtinguuntque alia, ab aliis. idem enim calor, non eſt in igni, & in aëre: nec eadem ſiccitas, in terra, & in igni: & in unoquoque aliorum, ſimiliter.

Cap. IX.

Quæ ſit vera forma miſti perfecti, & quod non ſit calidum innatum.

Difficultas hu;us quæſtionis.

DICTVM de iis omnibus, quæ faciunt, ad ſimplex, formandum. De miſti veró formatione, longè intricatior eſt quæſtio, non tantum inter ipſos Philoſophos agitata, ſed etiam, á Medicis, anxié diſputata, & utrobique, tot incertis quæſtionibus, ut non tantum Phyſicis, adhærentibus limitibus, controverſias has, examinent: Sed etiam, per varias diſcurrentes ſcientias, eas diſcerpant. Quæ enim quæſtio debebat eſſe, de forma miſti Phyſica, á nonnullis trahitur, ad conſtitutionem individui, quæ metaphyſicæ eſt cōſiderationis. A quibuſdam, ad inquiſitionem, num ens, ſit á ſubſtantia, an ab

an ab accidente præcipuè, quæ ad logicam ſpectat. Præter hos ſunt, qui quærentes de forma, de calido innato, medicè inueſtigant. Quorum ego curam nimis exiſtimo ideo diligentem, quia curioſè, ſcientias confundunt, & unius negotii materiam, ob verba diſcrepantia, in plures diſpeſcunt. Itaque præcipuam tantum hanc (brevitate qua cœpi) expediam, quatenus ad hoc negotium pertinet, reliquas contingens. Memores veró, in ea præcipui tractatus, eſſe debemus, qui circa initium libri, de hac re, habitus eſt, de forma generationis in genere: ubi dictum, ab ultimo alterante rem conformari. Ab initio enim motus, generatio nomen habet, nec etiam, cúm actus cœpit eſſe in generato: Sed generatio, á generato, ſortitur appellationem, ut tum cúm generatio finitur: Terminatur autem eo inſtanti, in quo generatum, formam acquiſivit: non veró ab iis, quæ ipſum antecesſerunt, licet ſine ipſis perfici non potuit. Accidens enim, quanquam non formet ſubjectum, in ſubjecto tamen formato, ipſum ita apparet: ut ſine eo, veré formatum eſſe, dici non poſſit. Hæc rurſum non introducuntur, nec conſpici poſſunt: niſi aliæ quædam præceſſiſſent alterationes. In pomo, hæc proferre poſſumus: ut profectó tale ſit, & eſſe colorem oportebit, & odorem, adiiciendus & ſapor: odor veró, color,

Generatio nomen habet ab initio motus.

Accidens non format ſubjectum, in ſubjecto tamen ita apparet ut ſine eo formatum eſſe, dici non poſſit.

ró,color,& ſapor, non fuerunt,ſine præcedentibus perfecté alterantibus. De embrione idem dicendum , & aliis omnibus, perfecté mixtis. Nam in omnibus , apparent tria : quiddam, quod pro materia eſt: aliquid,quod pro forma, ultima generatione introducta: aliqua item accidentia. Quorum nullum ſeorſum,nec eorum aliqua, ipſum cõſtituunt,ſed ſimul,omnia conjuncta.

In miſtis omnibus apparent tria.
I.
II.
III.

In miſto non adeſſe ſola elementa,nec elemẽta cum qualitatibus.

Nemo enim dicet,in miſto, ſola adeſſe elementa , tum enim carebunt miſta , formis. Nec affirmandum tantum ad elementa, adjectas qualitates in miſto:nam eo pacto poſſemus dicere,omnia eſſe unius ſpeciei , & formæ : ſed ad elemẽta, & qualitates, unicuique ſupervenit ſua forma. Hoc autem quomodo intelligendum ſit,aliis verbis,ſic manifeſtabitur.

Omnia elementa ſunt compacta in concreti generatione ſine controverſia.

In concreti generatione , compacta ſunt omnia elementa,ſine controverſia: nam ſi aliqua, vel defectu corrueret,vel exceſſu alicujus, conſumeretur. Simul cum elementis, adeſſe & eorum qualitates,ſingulæ miſti circumſtantiæ,evidenter oſtendunt. Sed hæ, ultimó non alterant ſubjectum,ut apparet,in cadavere , & in homine: in embrione , & in fœtu perfecto : in quibus,continuó hærere,conſpiciuntur. Itaque diverſum quiddam , ab his , quod formam antiquam expellet, erit , quod ſua præſentia, ſubjectum conſervat,rem ultimo alterans, cujus rurſum

ſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ſum exceſſu, mixtum deformabitur. Hanc meo judicio formam, ex qualitatum commixtione conflatam, dicere poſſumus: quæ nec eſt elementa, nec qualitates elemẽtorum; cúm hæc mutentur, per generationé, & corruptionem: illæ perpetuó maneant, ut ſenſus oſtendit manifeſté. Nec denique earum una, tum enim oporteret, in una ſpecie, ob tam diſtincta infinité individua, fateri, unam qualitatem, infinitos habere gradus. Sit ergo hoc ipſum; quod poſt hæc advenit, remq́ue conformat, quod quidem ex iis conjunctis fit, verúm non idem eſt quod illud, ut ex his facilé conſpicitur. Primó, forma miſti, talis videtur ad miſtum, qualis eſt forma, ad materiam. Vt enim materia, in ſimplici generatione, informis dicitur, dum formam conſequatur: ita elementa in miſto, reſpectu formæ introducendæ, informia vocari poſſunt. Sed forma, differt á materia, ob diſtinctas utriuſque conditiones. Quare & forma miſti, differet ab ipſis elementis, quæ in miſto informantur. Secundó, niſi differant forma miſti, & formæ elementorum, cúm miſtum componitur, aut diſſolvitur, in forma non eſſet differentia, ſed in formæ modo, cúm eædem qualitates, remaneant in miſto, quovis modo mutato, & modus tantum novetur. Sed generatio definita eſt prius, per mutationem veræ

Quæ ſit forma concretæ generationis.

Differre formam miſti qualitatibus in elementis.

Prima ratio.

Elementa quomodo informia poſſunt vocari.

Secunda ratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

formæ: ſiquidem per eam fit, ex non ente, ens. Quare different forma miſti & elementorum

Tertia ratio.

qualitates. Tertió ſi non diſtincta eſſent, quomodocunque illæ mutatæ, etiam formam mutarent. Hoc veró plané falſum eſt, ut apparet, in alterationibus, & in augmentatione, & diminutione: ubi retenta eſt forma prior miſti, licet paululum qualitates, immutatæ ſunt, á priori gradu, & conditione: alteratio enim á qualitate in qualitatẽ eſt: in augmẽtatione veró & diminutione, alia eſt qualitatũ conjunctio, quám prius. Quare inter utrumq. multum intererit.

Quarta ratio.

Quartó ſi conuenirent, res omnes, eſſent unius formæ: aut propter tá multa individua, in tam multis rerum ſpeciebus, infiniti eſſent gradus, ſecundum unamquamque qualitatem prædominantem: Solis enim formis, res diſtinguuntur, & tam multiplices gradus diſtinctionum, uni qualitati convenire non poſſunt, niſi infinitum ſtatuatur, quod natura non admittit. Quare formæ elementorum in miſto, & forma miſti, inter ſe diſcrepabunt.

Solis formis res diſtinguuntur.

Reſpondetur tacitæ objectioni.

Dicet veró fortaſſe quiſpiam, accidentibus diſtingui, ſicut Porphyrius innuere videtur de individuis: quæ dicit conſtare collectione accidentium, quæ omnia, in unum aliud, cadere non poſſunt. Ad hoc dicitur per accidens, & reſpectu habito, ad extrinſeca, his diſtingui: ſed in ſubſtantiis per hæc,

non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Vnius ab altero triplex diſtinctio.

non diſtinguuntur. Eſt enim unius ab altero diſtinctio triplex. Vel per formá ſpecificá, quo pacto, ratio, hominem diſtinguit, ab animali. I.
Vel per formam externam ipſius compoſiti: II.
Hæcque eſt á miſto, alio enim modo, in homine, elementa commiſcentur, & qualitates, alio in lapide, aut equo. Vel denique, diſtinctio eſt III.
per accidentia, quæ individuant ſubjectum. Et duæ priores diſtinctionum ſpecies, formam reſpiciunt: tertia accidens, & extraneum. His præmiſſis de vera forma miſti, reliquas quæſtiones, quæ ab hac ſolum forma quærendi differũt, expediamus etiam. Quæſtio de conſtitutione individui, ſítne á forma miſti, an ab accidentibus? an etiam á materia? pariter diſſolvitur. Quod nec ſit ex elementis ſeu á materia: una enim omnibus materia, & una elementorum in omnibus ratio. Nec etiam ſit ab accidentibus: accidentia enim, ſubſtantiam non conſtituunt, ſed ad conſtitutam ſuſtentandam, adveniunt. Sed conſtituit individuum forma: movetur enim individuum, ob formam, qua acquiſita motus deſinit. Unumquodque autem cõſtituitur ab eo, cujus cauſſa movetur, & quo conquiſito quieſcit. Formam veró hanc intelligo non quæ á ſpecie eſt, ea enim individuum non conſtituit, ſed potius generalem ei attribuit notam, qua cum aliis, ejuſdem

Reſponſio ad quæſtionem utrum conſtitutio individui ſit á forma miſti, an ab acciden tibus, an etiã á materia.

Ratio quod non ſit á materia.

Secunda ratio quod non ex accidentibus.

Forma conſtituit individuum.

Forma quæ eſt á ſpecie individuum non cõſtituit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Forma qualis hic intelligatur.

ejuſdem ſpeciei, conſentiat: Verúm eam, quæ á mixtione eſt, quæ in unoquoque, pro prædominante elemento, & qualitate, varia eſt: á qua res omnes habent paſſiones: calida enim facilé cum calidis coëunt, & difficulter, cum frigidis, conjunguntur. Similiter frigida frigidis, in quibus, naturaliter quieſcunt, cum contrariis veró, innaturaliter. Adde & motum á forma. Sicca quidem deorſum tendunt, calidorum veró motus ſurſum eſt; humidorum, & frigidorum, circa medium locum. Aliorum accidentium, eadem eſt ratio; ea enim præcipué á forma dependent. Itaque ab eadem, meritó diſtingui debent: non ut formæ, nullo pacto vocentur, (ſunt enim quædam performantia, & ab eorum unoquoque, res formata, diſtingui poteſt, ab alia) ſed, quód non ſint formæ ſubſtantiales. Formam enim ſubſtantialem, accidentibus nemo aſcripſerit, qui forma manente, rem manere novit, ſublata tolli: ſed accidentibus, vel adjectis, vel ſublatis re, ſubſtantiam nihilominus, ſalvam cuſtodiri. Ob quam cauſſam, forma concreti, præcipua ejuſdem eſt pars, immutabilis, toto manente, in ſui mutatione, mutans totum. Exemplum ſit cadaver, in quo, prior deficit humanitas, á qua ante pauló, homo dicebatur: pro ea, ſubſtituta inhumanitate, & impotentia quadam, propter quam, homo amplius

Sicca deorſum tendunt, calida ſurſum, humida & frigida circa mediũ locum.

Formã ſubſtantialem nemo accidentibus aſcribat.

plius dici nequit. Hic autem nimia quorundam credulitas, de calore innato, magis habet ſenſus, quám rationis. Non enim ex eo, quod ipſum, ſua præſentia corpus regat, & in nihilum, ſucceſſivo decurſu, vitam ad ultimum ſtatum deducat, rectè aſſeritur concreti formam eſſe. Hæc enim ipſa, elementis attribui poſſunt: adde proprietates eſſentiæ, quę tamen, formæ nomen, non obtinent.

Reſpondetur ad ultimam quæſtionem.

Prima ratio. Sed ſi attribuamus calido innato, formæ nomen, forma tum erit per ſe tangibilis, viſibilis, ut corporea conſtans dimenſionibus:

Secunda ratio. in quibus nunc ad hanc perveniat menſuram, nunc ad aliam, cúm calidum innatum, nunc fortius ſit, nunc debilius,

Tertia ratio. habeatque mutationes, ſecundum ætates, & tempora, aliaſque circumſtantias, ut affirmat doctiſſimus Fernelius.

Quarta ratio. Nam primum mobile, hoc præcipue regit, & ducit, non materiæ potentia, ut eſt in formis aliis, in ſimplicibus quidem, ex ſimplicibus qualitatibus: in concretis, ex qualitatibus elementorum, conjunctis. In quibus, cum frigiditas, ſupraëmineat, vel calor nativus, de ſolo calore non erit intelligendus, vel non erit omnibus forma.

Quinta ratio. Quid veró, de pueris dicemus, in quibus calor naturalis, & major eſt, & magis, quám in ſenibus? quod tamen, forma non recipit.

Sexta ratio. Adde, quòd in imperfecto, aliiſque, in quibus non eſt forma, ſit calor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

lor quidam, forma tamen non, quæ juſtitia naturæ abſolvit. Unde intelligi poteſt, concreti formam eſſe, quæ oritur, ex qualitatum conjunctione, non ipſas qualitates omnes, nec earum aliquam.

CAP. X.

Differre generationem miſti, á miſtione.

Cauſſa hujus quæſtionis.

AGE verò: ſi forma generationis ſit, mixtorum proportionata conjunctio; utique idem videbuntur generatio mixti, & mixtio: & quæ miſcentur, generabuntur: quæ generantur, miſcebuntur. Itaque quid alteri ab altero attribuendum, non erit extra inſtitutum, perpendere. Differre quidem, indicio ſunt, utriuſque ſuprà allatæ definitiones, generationis quidem quæ introducit formam, tranſitu á non eſſe ad eſſe. Mixtionis verò, cujus opus eſt, unio miſcibilium, & alteratorum. Similiter enim concurrentes, mixtorum ingredientium qualitates, in ſe agunt, & patiuntur: ac tanquam ſuis ornatæ ſummis viribus (velut vocant, gradus exceſſu) diſſentiunt, á ſe invicem æqualiter, quoad pugna, & reſiſtentia paululum deferveſcat, ut quædam vincant, quædam vincantur. In generatione verò, veré dicere poſ-

Prima differentia ſumpta á definitione utriuſque.

In mixtione, omnes quatuor qualitates, eſſe activas & paſſivas, in generatione veró duas tãtum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

re poſſumus, duas activas tantúm, calidum & frigidum, duas paſſivas humidum & ſiccum: non autem omnes æqualiter activas, aut paſſivas, quo pacto erant, cúm primúm miſceri cœpiſſent. Atque hujus pugnæ, varia inter qualitates, conſideratione, differentes Philoſophi mixtioni, & generationi, indiderunt actiones: mixtionis enim actionem vocant primam, quaſi ea prima ſit, qualitatum miſcibilium coitio, & in ea, adhuc qualitates retineant primas, ac præcipuas ſuas vires, ſecundum quas, vel agunt omnes, vel patiuntur. Generationis actionem, appellant ſecundam: utpote ſit ea, ex altero genere, concurſus qualitatum, quarum gradus, magis modificantur, quám prius, nec jam omnes agant, aut patiantur ut antea, ſed duæ tantúm ſint activæ, & duæ tantúm paſſivæ. Tertiò, licet eodem contendant, cúm utrumque concurrat, ad conſtituendum compoſitum, modus tamen utriuſque diſcrepat. Habet enim mixtio, elementa, & eorum omnes qualitates, inſuper activarum, & paſſivarum, conjunctam diſſenſionem. His verò omnibus, addit generatio, attemperatam compoſitionem, ex qua conveniens, & proportionata rei Naturæ habituatio. Ut illa, hanc præcedat, iſta, ſequatur; illa, ad hanc, pręparatio ſit; hæc, cōſummatio alterius; illa, tanquam materia; hæc tanquam finis.

Secunda differētia ſumpta ab actionibus.

Mixtionis actio prima quare.

Generationis actio ſecunda quare.

Tertia differentia.

Mixtio habet elementa & eorum omnes qualitates.

Quarta differentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

finis. Sed de forma jam ſatis, ſi certó conſtaret, quo pacto quæ informat, conjungantur, proinde ad ea, nos vertamus.

Cap. XI.

Non manere elementa in miſto, actu; ſed virtute. & quód non ſit generatio, ſecretione, aut concretione.

Ex quot pendeat forma concretæ generationis.

QVOMODO autem, hæc concreti forma, ex proportionata qualitatum conjunctione, exoritur; ex ſuis cauſſis, difficile eſt cognoſcere. Nam, cúm ex tribus, hæc oriatur, ut cauſſis, elementorum conjunctione, qualitatum commixtione, & harum, ac illorum ſtatu, ac conſiſtentia, & hæc obſcura, & latente ſua actione, ſenſus fallant: nemo niſi acutiſſimus, & in rerum Phyſicarum inquiſitione, diu verſatus, quod hoc negotium expediat, proferre poteſt. Hinc de prima, utrum dicas (de reliquis, ſequenti capite tractabitur) habes, quod ſcrupulum afferat. Nam ſi neges, elementa manere in mixto, incommodis his, urgeri: Quod ex ſolis qualitatibus generatio fiat, ſine materia, qua ſuſtentantur. Adde, quod vel abeſſe oportet, eorum formas, vel materias: ſublatis formis, tum non dici poſſe, elementa amplius: materias verò non tolli, cúm materia prima, omnibus,

I. II. III.

Incõmodum primum ex negatione. Secundum.

bus,pro materia ſit. Inſuper ſi non manent in mixto,corrupta ſunt, ſi corrupta perierunt, ut mixtio, poſſit dici, miſcibilium corruptorum, vel perditorum, non alteratorum unio. Conversô,ſi elementa manere affirmas actu, in miſto: non eſſe ullam generationem fateberis, ſed aut concretionem,aut ſecretionem: item generationem non eſſe,dum producitur ens, ex non ente,ſed ex ente. His adde, elementorum ſecundum loca confuſionem: ut generato in profundo aquæ, piſce, cúm adſint omnia elementa,aderit actu,in ſua efficacia ignis, quod rationi, & ſenſui repugnat. Ad hæc itaque concilianda, quodam medio opus eſt, quod nec unius,nec alterius extremi partes, recipiat: quo elementa, partim manere, defendantur; partim non manere: ut cúm maneant,tamen poſſit eſſe generatio, & talis, quæ producat ens, ex non ente,quæque elementorum naturam, non confundat: Et cúm tolluntur, appareat tamen,elementa componi, ex materia, & qualitatibus, iiſque manentibus,aut paululum immutatis. Medium certé præſentiæ,& abſentiæ elementorum, in mixto, actus, & virtutis nomine, non malé deſignatur: manent enim elementa,ſecundum virtutem, in mixto, non ſecundum actum. Virtutem intelligo illam efficaciam, quam prius habuerunt, verúm com-

Tertium.

Primum ex aſſertione.

Vt voluerunt Anaxagoras & Democritus.

Secundum.

Tertium.

Solutio quæſtionis primæ.

Elementa in mixto non manent actu ſed virtute.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

mixtam, & conjunctam: ſicuti actum, ſeparatam illam poteſtatem, quæ ſingulis elementis attribuitur. Quam quidem ſententiam, ipſe

Ariſtoteles 1. De generat. Cap. 10.

Ariſtoteles 1. de Gener. cap. 10. enucleaté his verbis comprobat. Neque igitur manent elementa, actu: ut corpus album, neque corrumpuntur, unum vel alterum, ſed ſalvatur virtus

Rationes probantes elemẽta actu non manere, ſed potentia. Prima. 8. Metaphy. tex. 49. & 2. de Anima tex. 1.

eorum. Alia enim entia, ſuos actus ſervantia, nullum tertium, conſtituunt. Lignum enim, & lapis, terra, & aqua, aqua, & vinum in actu ſuo, ſpecies ſuas retinent, inconfuſé. Ita elementa, in actu ſuo, ſpecies retinent ſimplicium: commixta verò, non apparent formæ ejuſdem, & conditionis. Virtutes tamen æqué efficaces: æqué enim poſt mixtionem, ac anté ignis, calidus: terra, ſicca; aër; humidus, aqua frigida. Et hujus ſententiæ velo, ac prætextu, ineptam hanc evitabimus quorundam ſententiam, qui modum productionis, eſſe affirmabant, ſecretione, aut concretione, ut voluit Anaxagoras.

Secunda ratio. Generationem non eſſe ſecretione aut concretione.

Nam cúm virtualis elementorum præſentia, ſimul ipſa conjungi oſtendat, non poteſt cúm generatur, eſſe ſecretione mutua elementorum, ex ſe invicem productio. Tum enim quandoque vel terminaretur, generatio, (ut ſi ex aëre, reliqua educantur, extractis iis quæ ejuſdem generis ſunt, ut omnibus particulis aquæ, terræ, & ignis; conſiſtet generatio, quòd

ſolu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ſolus aër ſupereſt, ex quo jam reliqua educi non poſſunt) vel in eodem, infinita corpora actu inerunt: ut in minimo aëre, infinitæ aliorum elementorum partes. Quod Natura non concedit: quæ limites, omnibus rebus poſuit: de concretione, idem eſt exiſtimandum. Nam ſi elementa ſimul concurrunt,& ſuo concurſu, quippiam ab iis diverſum conſtituunt: non ex iis generatio erit coagmentatione, qua unum, unam ſecretim partem obtineat, aliud aliam, ut in concretione eſſe comminiſcuntur. Vide etiam, ſi elementa actu manent, in generatione, quomodo corruptum dicatur non ens? quomodo forma mutetur? aliáque quæ, ſupra allata, vera eſſe poſſint, de tranſmutatione, quæ præcedit generationem? Contrario modo ſecretioni fit, in qua, utrobique actus: Si enim ſecernitur aliquid, tam ipſum eſt actu, ex quo ſecernitur, quám hoc, quod ſecernitur: quare in generatione, elementa non manebunt actu. Nec præter hanc ſententiam, aliam video, quæ rationes ſupra, in utramque partem adductas, tam concinna conciliationis forma, componat. Negantes enim, eſſe elementa in mixto, ſolum oppugnabant, elementorum actum: quem quidem, nos unanimiter reiicimus; virtutem verò, non tollebant. E diverſo, confirmantes eorum præſentiam, actum eorundem non po-

Natura finita.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

nunt, ſed virtutem ſolam: quæ ſatis idonea eſt, ad generationem conficiendam. Satis jam iſta ſint, pro prima quæſtione, elementorum nempe conjunctione.

Cap. XII.

Num formæ elementorum remaneant in mixto actu, & num eodem modo qualitates eædem in elementis remaneant, & in mixtis.

Difficultas hujus quæſtionis.

Et quæſtio hæc, præmiſſa magis ad ſenſum fuit. Altera, ſolo mentis lumine conſpicitur: qualitates enim, quæ formæ elementorum, effectis ſolis, nobis innoteſcunt: quæ quia multiplicia, ob ea, quæ una cum iis, concurrunt, primo aſpectu feré, varié ſeſe nobis inſinuant. In iſta tamen ambiguitate, Unum trium doctiorum repperit authoritatem: Vel enim dicendum, manere actu, in miſto, & ſecundum, eſſe perfectum, ut voluit Avicennas: aut remiſſivé, ex opinione Averrhois: aut denique ſublato actu ſupereſſe ſolis virtutibus, ex ſententia Thomæ. Inter quæ, (extra ſané perſonæ præjudicium) maximé veritati conveniens tertium videtur, ex omnibus ſuis conditionibus. Conſule ſenſus judicium, in effectis miſtorum, ſuffragaberis. Mollities quæ reſultat, ex humido

Tertio cœli cont. 67.

In prima parte quæſt. 76. Artic. 4.

Prima ratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

do & ſicco commixtis, differt in ſpecie, ab utraque qualitate: nec enim humiditatem hinc eſſe, quiſquam dicet, nec etiam ſiccitatem. Habet tamen ab humiditate, quòd facilé cedat tangenti, aut ſcindenti: á ſiccitate, quòd terminetur, propriis ſuis terminis, quare cauſſæ, á quibus ſunt, etiam actu in miſto, non erunt. Quid ſi verò omnium actualis præſentia? an non etiam omnium actio ſimilis, & non unius eminentia, ſupra alias? plura enim in eodem, plures actus, conſimiliter exercent. Sed diverſimodé diſponuntur, in diverſis mixtis, diverſæ qualitates, & unam ſupra cæteras eminere experientia teſtatur: quæ quoque docet, reliquarum virtutem etiam adeſſe. Ducamus quoque argumentum ab elementis, quorum dictæ qualitates, formæ ſunt. Ipſa ut paulo ante dictum, actu in miſto, non manent, ſed virtutibus, tantum ſuperſunt. Idem judicium formarum eſſe, exiſtimandum eſt, cúm formæ, á ſuis materiis, non diſſentiant. Aliæ plures ſunt in genere, rationes, quæ nobis anſam, idem dicendi præbent, ſed hæ ſufficiunt. Quæ verò contra alios diverſum ſentientes, in ſpecie aliquid momenti habent, videamus. Contra Avicennæ actum perfectum, facit, primum contrariorum ſumma pugna, qua, ſecundum ſuos actus, impoſſibile eſt ipſa conjungi, ad tertium aliquod conſtituen-

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Solutio rationum probantium contrariam ſententiam.

Prima ratio contra Avicennam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ſtituendum: compati enim ſe non poſſunt, in eadem materia. Vnde etiam conjuncta elementa, in mixto, unam formam non haberent, ſed plures, ex ipſorum numero. Adde, quòd mixtum verum dici non poſſit, quemadmodum ex prius accepta mixtione conſtat, quæ qualitatum alterabilium unio eſt. Averrhoi verò (qui intendit & remittit formas elementorum) reponenda eſt, vulgaris illa, ex logica, propoſitio: Subſtantiam in indiviſibili eſſe, nec ad magis, aut minus extendi. Formam autem ſubſtantiam eſſe, cúm ſubſtantiam conſtituat nemini dubium, qui formæ officium novit. Debet enim forma eſſe talis perpetuò, qualis eſt ipſa res: unde cúm in rebus, actu, qualitates elementorum, non appareant, virtutibus verò æqualiter adſint, intendi aut remitti eaſdem, nemo rectè dixerit. Contrarium etiam ſtatuit, mutua elementorum generatio: ſi enim elementorum formæ intendantur, & remittantur, elementum non generabitur immediaté ex alio, ſed per medium, in quo ſit remiſſus gradus: ut cúm ex extremé calido, frigidum produci debeat, intercedere neceſſe eſt, quod remiſſius eſt, aliis duobus, tepidum. Sed elementum ex elemento fieri, ſupradictum, ſine medio, aut interceſſore. Quare non ſunt qualitates remiſſæ, in mixto, ſecundum Averrhoem, nec

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Prima ratio cõtra Averrhoem.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

nec perfectæ & ſummæ ut Avicennas: ſed virtute mixtis inſunt. Hinc de gradibus qualitatum, quod quæri ſolet, facile eſt diſſolvere. Nullam qualitatem elementarem, quæ in elementis præceſſerat, eſſe numero, & actu eandem, in mixto: ut prius probatum, contra Averrhoem, & Avicennam. Licet enim poſſint in mixto eſſe aliquæ qualitates, ejuſdem ſpeciei, cum qualitatibus elementorum, actualis tamen identitas (ut ita dicam) non eſt: ut omninò dici poſſit graduum (ita enim, cauſſa majoris intellectus, lubet appellare) & præcipuarum formarum, eadem planè ratio: quòd ut illæ non manent, in mixto; ita his non iidem obſeruentur. Iam opinor patet, quæ mixtæ generationis forma: & ex quibus ipſa componatur: quodque etiam differant forma miſtæ generationis, & ſimplicis, quoad ea, ex quibus, utraque conſiſtit.

Solutio tertiæ quæſtionis propoſitæ Cap. II.

CAP. XIII.

Quæ ſit cauſſa perpetuæ generationis rerum.

EA ex quibus fit generatio, ejuſdemque modum (quantum ad hoc compendium facit) hactenus abſolvimus. Quod ſimilem in unoquoque productionis ordinem dirigat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

& in tanta rerum multiplicitate diſtinctam continet, reſtat videamus, ita generationi, finem imponemus. Quo in ſcopo, conſideranda veniunt, mutatio, ſucceſſio, & continuatio. Perpetuum enim non generatur, ſed natura conſtituit, ut quod generari debeat, idem corruptionis viciſſitudinem recipiat. Ne autem, cúm corruptionis ſubjaceant conditioni, indiſcreté res ferrentur, ad quamvis formam ſuſcipiendam: ita corrumpi voluit, ut in ſpeciem eſſet reditus, & generata iis, unde deſcendunt, conformarentur. Hinc autem videretur aliquando fore finis, cúm ſæpe iterata mutatione, nihil poſſit eſſe diuturnum. Ideoque, quoddam quaſi vinculum, rerum omnium, quo continuari poſſint, ordinavit, perpetuò ſua ope omnibus ſerviturum. Mutationem quidem dirigit Cœlum; ſucceſſionem, forma & privatio: continuationem, materia & finis. Cœlum enim, cauſſa communis eſt motus, & mutationis omnis: Zodiacus enim, & ſub eo planetæ ſuo perpetuo acceſſu, & receſſu, res vivificant, & extinguunt. Idque diverſim, pro iis quæ oriuntur, & intereunt. Cumque unumquodque ſibi ſimile generet, per ſimilitudinem (quæ forma eſt) ſucceſſus eſt. In quo, cùm alterum pereat, ſiquidem unius generatio, eſt alterius corruptio, privatio quædam, neceſſarió

Tres conditiones generationis.

Ex his tribus conditionibus, præcipuæ ejuſdem cauſæ.

Quare cœlum ſit cauſa mutationis in generatione.

Quomodo privatio ſucceſſionem faciat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Quomodo materia continuet.

Quomodo finis continuat.

rió requiritur. Materia veró continuat, ut commune ſubjectum, rerum omnium, manens æqualiter, in omni generatione. Qua quidem mora, finis facit, ut rerum ſpecies, conſerventur. Ad conſeruationem enim ſpeciei (cùm individuum ſtabile, & permanens eſſe non poſſit) datum eſt, generatione ſimile producere. Itaque perpetuant hæc omnia generationem.

Quomodo unumquodque horum eſt cauſſa perpetuitatis generationis.

Cœlum quidem determinatum tempus durationis, ut certam vitæ periodum unicuique tribuens. Menſuratæ enim ſunt revolutiones cœli, quibus & uniuſcujuſque vita conſervatur, & certo limite, exitus imponitur.

Dubitationis ſolutio.

Unde autem tam varia, diverſarum ſpecierum, durationis periodus, cúm idem cœlum, omnia cauſſet, non ſine cauſſa quiſpiam rogabit. Dicimus igitur, cœlum aut ſiderum aſpectus, planetarumque conjunctiones hæc primum efficere.

Extrinſeca cauſſa longioris vitæ.

Cauſſa intrinſeca longioris vitæ.

Fortior enim conjunctio, majoris permanentiæ cauſſa eſt: minus fortis, debilioris. Poſtea hi regunt intrinſeca, per quæ res durant, ut calidum, & humidum. Quæ contemperata ſicco terreſtri, magis confirmant
& protrahunt: ſicut frigidum, & ſiccum cor- 1.
rumpunt, ut videre eſt in ſenibus. Exque his, 11.
aliud oritur ipſis conſimile, ex calido, & humido, quædam reſiſtens durities, qua externa adverſa, res facilé vincit, ex frigido & ſicco laxitas,

 ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

ex qua impotentia, aut ineptitudo reſiſtendi.
III. Tertió dirigunt ſidera loca, in quibus res degunt, & conſervantur. unde locus conformatus locato, aut naturæ ejus conſimilior, diutius locatum conſervat: diſſimilis naturæ locati, citius deſtruit.
IIII. Huc pertinent, & alia homogenea, ea enim magis adjuvant, heterogeneis. Hæcque eadem individua, unius ſpeciei, inter ſe comparata, differentiis permanentiæ efficiunt: licet in ſpecie, omnia eſſe ejuſdem, dicere oporteat. Fortior ſiderum aſpectus, longæviorem hominem efficit, debiliori: item melior complexio. Sanguinei enim longioris ſunt vitæ, melancholicis: phlegmatici, bilioſis. Adde temperatiorem locum: temperatior enim locus, intemperato, diutius conſervat. Denique diæta, & conveniens victus ratio, in cibis temperatioribus. Forma perpetuat, dum producitur ſimile generato: itaque forma regeneratur, non eadem numero, ſed ſpecie: cùm ſint diverſæ actiones, & alterationes, generationum diverſarum. Cùm ſpeciem dico, ſeparatum quid actu exiſtens, ex quo indiuiduæ formæ efficiuntur, non intelligo: qualem Plato in idea ſua commentus eſt: ex qua ſi eſſet, ſine agentibus, & ſine motus cœli ratione, generatio eſſet, ut & hyeme, eſſet roſa, & ante partum, maturus fœtus: & ex quavis materia homo.

Quomodo forma perpetuat.

Poſita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Poſita forma & materia eam recipiente generatio incipit.

Poſita enim forma, & materia recipiente eam, nihil impedit generationem eſſe: quæ omnia, ſenſui repugnant. Vera ſpeciei forma eſt generantis, conformis naturæ eorũ, quæ ſimilia ſunt. Itaque quouſque generans ſit, generationem etiam eſſe oportebit. Privatio veró perpetuat, non plané rem deſtruendo, ſed veterem perimendo formam, ſimulque eam diſponendo, ad quidpiam aliud. Privatio enim, ad aliud, ſemper præparat ſubjectum: ut poſtquam res, unam nacta ſit formam, ſtatum ſuum non habeat, ſed in aliud tranſmutetur. Quare ſemper renovando priuatio continuat.

Quomodo perpetuat privatio.

De materia perpetuatione.

De materiæ perpetuatione tenendum, Eam, cúm ſit ad omnia diſpoſita, diverſis temporibus, omnia poſſe recipere. Quæ enim Leonis erat, aliás, alius eſſe poteſt, diuerſæ ſpeciei: vel ſuæ. Nunquam enim ipſa ſatiata eſt. Ergo infinité novas illas potentias habet, ſecundũ infinita individua, quibus ſubjecta eſſe poteſt, non verò ſecundum ſpecies. Eæ enim finitæ, & terminatæ ſunt. Finis ultimo perpetuat, ut ſpecies rerum, ſemper ſint, nec natura aliquando in ſuis operibus, inanis reperiatur. Quæ ſubjecta Deo eſt, qui ſolus perpetuus, reliqua incluſa ævo, ad quod durabunt. Quo ſenſu iſta jam perpetuitas, accipienda eſt.

Species finitæ & terminatæ ſunt.

Finis continuata.

F I N I S.

Μόνῳ θεῷ δόξα.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
8° Kl. 21627 (LN 1338)